Caristia & caritudo. vocabula sunt penitus à Latino grege explodēda, pro **C**aritas, tis. Hisp. careza, o caristia. Cice. lib. 3. offl. in Rhodiorū inopia & fame suūmaq; annōnæ caritate.

Catus, ti. pro felis, lis. Hisp. el gato non legitur. Pli. lib. ii. c. 73. Felis quidem quo silentio quam leuibus vestigijs obrepunt adibus, quā occulto speculatu in musculos exiliunt. Vnde Baptista Mā tua. Eglo. i. antiquo quodā modo dixit, Non fecus ac muricatus ille inuadere pernan Nititur, hic rimas oculis obseruat acutis.

Catta, tx. in genere fœminino apud Martialem lib. 13. repertus. Pānonias nobis nunquā dedit Umbria cattas. Aliquos catos cognominatos fuisse olim, prodit Pli. lib. 7. c. 1. Vnde quod apud Cic. libra. Tuscu. quæsti. quidam catus Abilius Sextus vocatur. It catus idem erat quod astutus.

Cathedrarius. Recentiorum est, pro cathedrarius Seneca de breuitate vitæ. c. 9. non ex his cathedrarijs Philosophis. **C**ensus, us. non est agri, aut domus usus, Hisp.

Hispiēnso, o renta, o al quiler. id enim est pensio, onis. Sueton. in Vespa. c. 23. reprehendenti Tito filio, quod etiam vrinæ vestigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad narres. Est autem census aestimatio bonorum, quæ quis habet, secundum quam tributa pendere quis tenetur. Hisp. echo, aut significat rē familiarē. Hisp. hāzienda. in quibus obuium est apud autores.

Cepula. Diminutiuum a cepa. Legi s̄epe apud Apitium libr. 7. c. 6. Palladius in Februario. titulo. 23. Cū cepulis mista seminantur. & in Octobri titulo. 11. Cepulae feruntur hoc mēse, significat parvulas cepulas, quas olitores. Hisp. cebo illino vocant. Seimen enim ceparum cēpina Latinè dicitur.

Cepa, e. legitur in singulari contra opinātes in numero multitudinis tantummodo inueniri. Colu. lib. 12. c. 10. Vel ase-
lioniam cepam. & infia, ita ut cepa de-
primatur. Pli. libr. 10. ca. 63. sicut vi-
ro eruca, pecori cepa. Apitius lib. 5. c. 4 concides cepam.

Cerrus

Cerrus. arbor glädifera ex Pli. li. 16.c.6
Certamen. pro præliū dixit Iustinas lib.
 7. Primum illi cum Atheniensibus cer-
 tamen fuit.

Certiōro. as. Barbarum est, pro certum ef-
 fe, & certiorēm facere. Hisp. certificar.
Certifico, as. pro monere aut certiorēm fa-
 cere à Gotthis inuentum.

Ceruicofus. sine antiquorum testimonio
 aliquibus obuiū est. Pro quo durus, in
 exorabilis, latini usurpant. Est homo
 qui nec vi, precario, aut misericordia
 mouetur. Hisp. hombre cabeçudo, con-
 quié nūca se puede acabar cosa, quē Te
 rē. in Phot. ac. 3. sc. 2. ad viuū exp̄r̄s̄it,
 sic. Adeo ne ingenio te esse duro, atq;
 inexorabili, vt neq; misericordia, nec
 precibus molliri queas? Cic. pro Sylla..
 Qui vchemēs in alios inexorabilis in
 ceteros vilas sum.

Ceruix, cis. significat partem posteriorē
 animalis. Hispa, el cogote, o testuzo, o
 pestoreio, ex Pli. li. 9. ca. 15. hi membra
 tim cæsi ceruice & abdomen cōmēdaſ
Charaxa, æ. est fissura & rima. His. hēdi-
 ra, o resq;bradura à verbo χαράγγω, M.

αἴσω. signo & imprimo, ex Ap. li. 6/c. 6
Et charaxas saúano mundo siccabis. Vo-
cat charaxas fisuras quas aues quando-
coquuntur faciunt.

Chirurgus, pro vulnerario & medico vul-
nerū. Hispa. çurujano Latinū est, quo
Celsus li. 7. in procemio &c. c. ii. vtitur.
Esse autē (inquit) chirurgus debet ado-
lescens. Marti. lib. 1. Chirurgus fuerat,
nūc est vespillo Diaulus. dicitur & Chi-
rurgus. Corne. Cel. lib. 5. c. 28. Vbi agit
de struma. Chirurgicus Meges autor est
Lege nostrū lib. Syn. in voce çurujano
Chiroteca. z. tam receptum est à recētio-
ribus quā nō v̄sitatum ab antiquis. pro
manica. c. z. Pli. lib. 2. epi. 5. cuius manus
hyetme manicis muniebantur. Martia.
lib. 14. Daſty lotecas vocauit.

Cholera. pro bili nō benē vtēris, est enim
deiectio & vomitus. His. camaras y vo-
mito. de quo Corne. Cel. lib. 4. c. ii.
Ccunitas. tis. pro lenitas, aut lenitudo, mā
suētudo, aut placabilitas, apud aguæ
Latinaꝝ primores non reperies.

Circulocutio, circunloquium Grāmatico-
rū sunt vocabula, eis permittamus sic
loqui.

Iequi. Nam ut tradidit lib. 3. de finibus
Cicero. Geometræ verò, Musici, Gram-
matici, in more quoddam loquuntur suo. Pro
his habes hæc Romæ nata, Circuitio, an-
fractus. Hisp. habla larga, o platica por-
tæ redeo. Cicero. lib. 2. De diuina. Iam verò
quid opus est circuitione & anfractu.
Idem in Partitionibus, anfractu non lo-
go circumscripta oratio. Dicitur & ver-
borum circuitus apud eundem lib. 3.
de Oratore.

Cittatenis. Gothicum est, pro urbis ha-
bitator, aut Urbanus, aut urbicus, pro
re ad urbem pertinenti. Hisp. ciudadan-
no, o cosa de la ciudad.

Civitas. non semper concilium cœtumq;
hominum significat, sed domicilia con-
iuncta & ipsa munia. Cicero. lib. 3. ep. 4.
ad Q. Fratrem Reus (dicit) si in ciuitate
licet sibi esse in urbe. Idem Pro-
Ligario. tres legati in ciuitate retinen-
di sunt, aut tres ex ciuitate exterminan-
ti. Siege nostram annoita. Syluan.

Cliens, tis. qui aliquius potentioris tute-
iae se committit. Hisp. allegado. non si-
gnificat ei vasallo: quod recte declarat
Cicero.

Cice. lib. de Diui. Budæus in secunda significacione, in Anno. in Pand. accipi putauit, is deditius dicitur. Lege Deditius.

Clidium, ij. à Græca voce κλειδιον,
pro thini iugulo iucando sapore com-
mēdato. Hisp. papada, o ganguero. Pli.
lib. 9. c. 15. Hi membratim cæsi ceruice,
& abdome commendantur atque cli-
dio recenti duutaxat.

Coæternus. Epitheton est soli Deo con-
ueniens. Vnde Laetan. lib. 2. c. 9. recte
ac latinè eo est usus.

Coæqualis. pro æqualis aut coævus non
est castum. Hisp. cl. de vna misma edad
y años. Cornelius Nepos in vita Pom-
ponij Attici. Qua ex re pueritia nobis
inter æquales ferebatur. Coæqualis au-
tem apud Colu. semel legi lib. 8. c. 14.
Lege Contemporaneus.

Coctanum. ficus est parua. Martia. libr. 7.
Epigra. 52. & lib. 13. epigra. 28.

Cognoscibilis. Suspicio pars est, pro re
quæ potest cognosci, aut quæ habet co-
gnitionem.

Coincido, dis. non legi apud veteres illos

C

politissimi sermonis repertores. Terē.
in Adel.ac.4.sc.4.tot concurrunt verisi
milia.

Colaphizo. à Græco defluxit κολαφίζε
incutere colaphum dicimus latinè. Iu-
ue. Saty. 9. Nos colaphum incutimus lá-
benticrustula seruo. Dicimus etiam co-
laphum infringere secundum Teren-
tium in Adel.ac.2. sc. 1. Lege nostrum
Syno.lib. in voce Abofetear

Collisio. onis. pro duorū corporū cōcussu
nō vtimur Sele.lib. 6.c.9.natu. Quæsti.
collisus. dixit ex hoc collisu nubiū. est
Pli.lib. 9.c.35. collisu margaritarum.

Colludium. ij. Iurisconsulti recētores eo
vtuntur. Antiqui autem vocabulum la-
tinissimum usurpat collusio. onis. Est
actoris & reilitis simulatio. Lege no-
stram Iurisprudentiæ vocum interpre-
tationē in dictione colludere. Vnde ti-
tulus est. De collusione detegēda. Cod.

Collybista. æ. Pro mēfario seu argenteric.
Hisp. Banquero, o cambiador recentio-
res ex Græco deduētum vtuntur.

Combino. as. & Combinatio. onis. Gram-
maticorum verba sunt.

Con-

Concussio.onis.in latinorum scriptis non
vidi, sed concusus.us.Pli.lib.35.ca.16.
crebro concusso, scripsit Philoso.est,
ideo Sene.li.6.c.20. natu. Quest.eo vti
tur.&c. 21.

Comitatio.onis.nō legitur, cū comito &
comitor verba frēquētia sint.Latini co-
mitatus.tus in vsu habēt.Cice.li.6.épi.
19.ad Lepidū.Si modo tecti satis est ad
comitatū nostrū recipiendū.Quint.lib.
1.c.2.Cui⁹ assiduus comitat⁹ etiā illo sine
liores facit.His.cōpānia gēte q̄ a cōpānia
Comedo.onis.& Comestor.toris.pro co-
mesator,aut ligurio obsoleta sunt.

Cōmanduco.onis.pro sodali & eo qui in
eadē mensa comedit,apud Clāssicū au-
torem non euolui,licet Philelphus co-
vtatur.Cōmāduco.cas.pro mandere.
His.mazzcar latinum est.Pli.lib.20.c.13.
& folia trita & cōmanducata imponuntur.
In eodē libro Idē.c.12.Cōmanduca-
tum in sole positum vermes afferre.

Commensalis.pro eo qui in vna menta co-
medit,& Grammaticis inuentum est.La-
tina sunt sodalis,conuictor.

Cōpareo,p̄ prēsto sū,aut adsum,nō adeò

receptū à puris & verè Romanis inuenies.
Cóplacentia. pro obsequiū barbarū est.
Cóplexio. Vt à medicis recentioribus capitur, Hisp. por la cōplexion, mala vox est, pro firma corporis constitutio, secū dūm Cice, lib. 3. offi. Idē medici etiā dicunt, corpus bene cōplexionatū. Cic. tamen lib. 2. Tusc. corpus bene cōpositū.
Concatēno est vīsus Lactan. lib. 3. c. 17. pro connecto. is.

Conchis. eo sece omnes recentiores vt tun
 tur, cūm (vt mea fert opinio) fallātur ci
 uis meus, tuus, suus, illius, Romani sunt vīsi. Hisp. ciudadano que viue cōmigo en. vna ciudad. Cice. lib. 4. epi. 9. Ciues meos & à me conseruatos, dixit. Et in oratione prima in Catili. Vt te metuūt oēs ciues tui. & b. 2. de Diui. Dabant igitur mihi veniam mei ciues. Nō dicā cō
 ciuis meus est pater tuus, sed ciuis meus
Concordātia, pro hoc vocabulo verè Ro
 mani concentus dicunt. Cic. in somnio
 Scipionis. Qui acuta cum grauibus tem
 perans, æquabiliter concentus efficit.
 consonantia, o. musica.

Conditris. pro quo Cice, lib. 1. de Finibus.
 Effē

Effectrix voluptatū dixit Laetā. li. i. c. 5
 Terre cōditricē scripsit: Qui autor inter
 sacrarū literarū scriptores latini ssimi⁹ est
 Confessor. Est p̄œnitēs, qui peccata cleri-
 co aut fratri p̄adit; & manifestat. Nō est
 auditor p̄œnitentium, vt vulgus autu-
 rit. Et hæc vox est suspicita. Pro eo
 Cic. li. 2. de Inuētione, cōfitemens est usus
 Configuratio, as. leges apud Cōlū. libr. 4. c.
 20. & Laetān. lib. i. c. 17. Simulachra con-
 figurantur sūnt.

Congruus. a. m. p̄o congruens. entis. &
 aptus rarum verbum est.

Congrue. vox est non latini grecis, con-
 grue loquitur dicunt aliqui. Cic. tamē,
 congruenter suis scriptis lib. 3. de Ora-
 tore mandauit. Hisp. conuenibilemēte.

Connexe. nō ita iure Latio donatū est, vt
 cōserte & cōtexte, quibus vtitur. Cice.
 lib. de Fato cū inquit. Oia naturali colli-
 gatione cōserte, cōtexteq; fiūt, signifi-
 cat Hisp. enlazadamēte, trauadamēte.

Connumero. obsoletum est. Numero sim-
 plex verbum frequens in usu est.

Consequenter. pro dei h̄cēps. Hisp. consi-
 guientemēts. Iurisconsultorū est.

C

Consequētia. æ. Latina vox est, pro Dia lecticorū conclusione Cic.li.1.de Diui. suis monumentis mandauit, quē imita-
tus est Lactā.lib.2.c.6. sic suorum argu-
mentorū consequētiā non viderūt.

Consortium. ij. rarum verbum est, cæterū
Latinū. Apud Iurisconsultos enim & La-
ctan.5.c.20. & Cor. Cel. leges. Verba
quib⁹ latinissimi gaudēt, sunt, Cōsortio-
nis. & cōsortiatio. Cice. offi. li. i. cōsortia-
tionem colere, & cōsortiatio hominum
& communitas scripsit Pli. li. 9.c.1. Ho-
minum quadā conſortione, dixit.

Consilior. aris. pro delibero, consulto aut
decerno Philosophorum, & Græcarū
literarū interpretum, non latinorū est.

Conſtellatio. onis. Astrologi usurpāt pro
ſitus cæli, ſitus ſtellarū, diſpoſitio, aut
conuerſio cæli, quæ Ciceroniana ſunt,
in ſomnio Scipionis.

Contentus ſum. ſine Ablatiuo Barbara eſt
phrasis, pro ſatisfecisti, placuisti. Ci. li.
2.ep.3.ad Quint. Fratrē. In defendendo
moroſo homine cumulate ſatisfecimus
Aut mirificè ſatisfecisti & præclarè. Ex
eodē in eodē libro. ep.6. V el plus iusto
placuit

placuisti. Vt Hor. li. 3. Carmi. Ode. 7. at
tibi ne vicin⁹ AEnipeus plus iusto pla-
ceat caue. Aut sic eloquemur, cōtentus
sum tuo respōso, tua opinione , aut re-
sponsum tuū mihi arrilīt.

Contagies.ei. pro contagio. onis. rarū est,
sicut & contagium. Hisp. el tocamiento-
to à apegamiento, aut genus morbi, qui
ex contactu nascitur. Hisp. roña. Lege
nostra Syno. in dictione. To camiento.
Contemplatiuus. pro contemplans aut cō-
siderans rarissimum est

Cōtemporane⁹ . apud Fidedignū autorē nō
reperi. pro esse per idē tēpus, aut ē qualis
illorū tēporū. Hisp. por cosa q̄ fue en vn
tiēpo, o de vt tiēpo. Cice. de Claris orato-
rib⁹, duo fuerūt per idē tēpus dissimiles
inter se, & lib. 1. de Diuina, æ qualē tēpo-
rū illorum. Titus Liuius libr. 22. Fabium
ēqualem temporibus huiuscē belli. Di-
cimus etiam fuerunt in eadem ætate. Le-
ge nostra Synony. in dictione De vn mis-
mo tiempo, o edad.

Continuē , pro continentē aut assiduē.
Hisp. continuamente, o continuadame-
te non est latinis obuiri.

- Continitas.** pro continuatio rarum est.
Contractabilis. non memini legisse nisi
 apud Lactan.lib.2.c.9.
- Contractus.** quādo non sumitur pro com-
 pressus.Hisp.estrecha cosa, sed vt aliqui
 eo vtuntur pro cōmerciū, & res con-
 tracta, Hisp. el contraēto. Canonistarū
 & Iurisperitorum est.
- Contradictorius.** pro contrarius, pugnās,
 dissidens.Hisp. cosa contraria quo Lo-
 gici vtuntur Barbarum est.
- Cōtextura.** pro cōtextus non cāstū duco.
- Contrarietas.** aris. pro contrarius sum non
 vtuntur co docti.
- Contrarietas.** tis. Pro repugnātia & aduer-
 sitas.Hisp. contradiccion, o cōtrariedad
 Dialecticorum est.
- Contribūlis.** pro tribulis. Hisp. parrochia
 no, o el q̄ es de vn barric , o parrochia.
 non vidi.
- Contributio.** onis. pro eo quod sibi tri-
 buitur, aut tributū. ti. Iurisconsultorū est.
- Contumelior.** aris. pro vexare aliquē con-
 tumelijs, aut iacerē / contumelia. Hispa.
 injuriar, o affrētar nōdē à Barbaris inuē-
 tū est. Legē Synonyma in voce Injuriar
 Conuenit

Conuētio, onis, pro pāctū, pactio, aut cō
uenia torum. Iurisconsultorum voca
bulum est, ut leges apud Vlpianum de
pactis. ff. Ceterum non dāmno quod Iu
risconsultorum sit. Dum in digestis re
periatur, quos multis in locis & locutio
nibus imitandos censeo. Hæc enim
volumina casta sunt & pura: præcipue
leges quæ ab antiquis lègum autoribus
conditæ fuerunt. Quæ eruditio[n]is, exco
lendæ facundiæ, amplificandiq[ue] sermo
nis Latini causa, sæpiissime euolui: sed vo
cabula Ciceroniana ponimus, & quæ
oratoribus sunt obvia, reliqua fugien
tes, dum oratoria sint in propositu. Pa
ctum siue pactio tradente Cic.lib. 2. de
Inuentione, est quod inter aliquos con
uenit, quod iam ita iustum putatur, ut iu
re præstare dicatur. Hisp. Concierto, cō
uenencia o contrato. Hæc verba sic dif
ferunt. Vlpiano.l.i. De pactis. ff. sic do
cente. Pactio est duorum pluriumue in
idem placitum & consensus. &. l.pactū.
De pollicitationibus. sic scribit. Pactū
est duorum consensus atq[ue] conuētio. &
l.i. De pact. sic docet. Conuentionis ver

- bum generale est ad omnia pertinens.
De quibus negotijs contrahēdi, transfigē
diq; causa consentiunt qui inter se agūt.
Conuersor, aris. pro consuetudinem habe
re. Hisp. Comunicar o conuersat rarum
est, apud Colu. lib. 9. c. ii. legitur. Dū cō
uersati cōfuescant, nomen ab eo descen
dens conuersatio frequens & apud pri
marios rei literarij viros.
Conuersō, as. infrequens est, tantum con
uersans, tis. legi.
Cordialiter. pro ex animo. Hisp. De cora
çon ex Barbarorum officina manasse
clarum est.
Cordicitus, etiam dāno, quanvis in aliqui
bus lexicis habeatur.
Cordialis non legi.
Corporalis, nom ita elegans vt corporeus,
quanquam Lau. lib. 4. c. 98. inter ea dif
ferentia assignat.
Correcte, non reperi apud autorem insi
gnem, pro quo. Cic. De optimo genere
Orato. emēdate vtitur. Vt purē & emē
date loquere.
Correlatius. Dialecticum verbum est, pro
sub eandem rationem cadens.

Correspondeo, ex Vádalicis typis defluxis
se opinor. Latij primores, consono, as.
respondeo, es. concordo, as. consentio,
tis. sunt pro eo vñi. Latinorum princeps
Cic. in Catili. sic est locut⁹, vt omnis ora
tio moribus consonet.

Craftino, as. pro dies deducere. His. Traer
en largas o alargar tiempo, non reperi
apud autorem præstantē. Cic. lib. i. Aca
de vt contra omnium sentētias dies. ple
rosq; ducerent. Compositum procras
tino legitur.

Crebre, pro crebro nō inuenitur. Vitru. li.
8. c. 2. crebriter dixit, quod nō imitamur.

Credo, quod venis; quod audis: rarus est di
cēdi modus, qui elegāter per infinitū cō
ficitur. Credo te venire, audire, Cesar tñ
Belli ciuilis. lib. 3. hāc phrasim nō fugit
inquiens. Credo quod hēc prēter speim
acciderant.

Crementum. pro incrementum Gramma
ticum verbum est.

Criminalis, non legi pro criminosis.

Criminator, toris. apud Laclā. leges li. 3. c. 4.

Crucifijo. pro tollere in crucem aut suf
figere cruci Barbarum est. Lege librum
nostrum

nostrum Syno. in voce crucificar.

Crusta, tæ . non est idem quod cortex, vt aliqua dictionaria volunt. Crusta est integumentum quod ex putredine & con tritione alicuius rei fit. Hisp. Cubierta, aut ponitur pro tegumento alicuius materiae manufacto vt crustæ parietum. Hisp. Capa de barro hieſſo o cal. Eſtetia aliquorum animalium operimentum, vt locustæ, & aliquorum píſcium.

Crustularius, qui artocreata & alias cupedias vendit. Hisp. Pastelero, mel coche ro. Seneca.lib.epistolarum. 57. Botularium & Crustularium & omnes popinarum institores.

Cruma, atis. Caftaňeta o Caſtaňuela que se da baylando. Mart.lib.6. De Thelesina, edere laſciuos & bethica crumata geſſi, & Gaditanis ludere oſta modis. Delsen dit à verbo κρέας quod eſt pulſare.

Cubatio, onis. pro cubitus aut cubatus non eſt castum. Hisp. El acostarfe. Pli.lib.28. c. 4. Supini cubitus oculis conducunt. Idem lib.10.c.57. Medicina in fame, cubatus infuso.

Cum reverentia. Barbare dicitur pro honore di-

re dicto. Pli. li. 28. c. 8. hæc sunt quæ retu
lisse fas sit, Ac pleraq; ex his non nisi ho
nore dictio.

Curabilis. non profertur Latinè, pro cura
tionem recipiens, aut admittens. Corn.

Cel. lib. 3. c. 12. Ideoq; tutissimæ sunt ma
ximèq; curationes admittunt, non di
xit curabiles. Alijs medicabilis vocabu
lum est in vsu. sic Oui. dixit. Hej mihi
quod nullis amor in medicabilis herbis.

Curiositas. pro cura, rarum verbum est.

Cymatilis, significare vestē vndulatā, quā
Hisp. Dicimus Chamelote, negat Bay
fius. Est nanq; vestis cerulei coloris, qua
lis est vnda aquæ marinæ Kyma enim
Græcè, Latinè fluctus sonat. Hanc do
ctissimus Viues vocum Latinarum ar
chitectus & repertor eruditissimus Ca
priliam vocat, quoniam ex caprorum pi
lis conficiatur. Pli. li. 8. c. 48. Vestis vnu
dulata protulit inquiens: Vndulata ve
stis primò lautissima fuit.

Cybium. Est tessella facta expiscium car
ne. Hisp. Taraçon quadrado ex Pli. lib.
9. c. 15. Pelamides in Apolectos particu
latimq; con sectæ in genera Cybiorum
dispar-

D

dispartiuntur. Apotectus ne hoc te tor-
queat thynus est grandior. de quoldem
Pli.lib.32.c.5.

DE INCIPIENTIBVS. A.D.

DAmnifico, à Perotto Sipontino in suo Lexico sine teste ponitur pro damno aut noceo.

Dare bibere, & dare ad bibendum, nō sunt locutiones damnandæ. Titus Li.lib. 40 Nihil prius petierunt à practore , quam vt bibere,sibi iuberet dari. Marcus Cat. lib. De re rust.c.89.&c meridiæ bibere dato. Teren.in And.aet.3.Sc.2. quod iufsi si dare,bibere.Pli.lib.30.c.10. Bibendū de iere, & lib. 20.c.14. bibendum dato. Pro hac locutione Quintilianus. lib. 7. c.3.dare potionem est vñus,& dare possum. Pli.lib.17.c.26.&c dare potui. Cornel.Cell.lib.2. c.13. & Pli. lib.21.c. 20. & Colu.lib.9.c.8. autoribus , enunciatur. Quas orationes Barbaras esse, multi opinantur,cum fallantur, vt vides.

Dare

Dare alapam. pro infringere colaphū. His.
 Dar bofeton, o bofetada, o abofetear Ec
 clesiasticum est. Pli.lib.3. ep.14. sed ip-
 sum Macedonem tā graueriter palma per-
 cusit, vt penē concideret. Laetan. lib.
 4.c.18. Illa Sybilla verba, θωσοντι θε
 θεωρησισματα sic explanauit. Dabūc
 Deo alapas. Lege lib. Synony. in voce
 Abofetear.

Dare copiam. Poëticum est, dare potesta-
 tem, aut facultatem, vel facere, oratoriū
 est. Verg.lib.1. Aenei. Post quam intro-
 gressi & coram data copia fandi. Teren.
 in prologo Heau. Date copiam crescen-
 di nouarum. Verum aliter apud Orato-
 res. Cicer. Phili. 8. Facere omnibus sui
 conueniendi potestatem. Idem. 4. in
 Verrem. Facultatē fecero. sic apudeos-
 dem, dare potestatem & facultatē repe-
 ritur. Lege. li. Syno. in voce Dar licen-
 cia.

Dare saluum conductum, pro dare fidem
 publicā, barbare effertur, Sallust. in Ca-
 tili. De coniuratione iudicaturum, si fi-
 des publica data esset. His. Dar seguro,
 o seguridad, o saluo conduto.

Dare

Dare potestatem. Latinè prouinciamus, quanvis Lau. lib.3. c.75. negat. Terent. in Phormi. ac. 5. Sc. 9. Vterq; sibi potestatem eius habendæ dare. Idem in prologo Heau. Date potestatem mihi statim agere, ut liceat per silentium. Plau. in Asina. ac. 5. Sc. 1. Quoniam tibi potestatem dedi. Idem in cap. ac. 5. Sc. 1. Poteris & ego potero, &c Dij potestatem dabūt. Cic. pro Cquentio: Simul ac potestas pri-
mum data est. Et iterum Ibidem. Quæ-
cunq; dicendi potestas esset data. Et pro Quintio, alicui vir respirandi potestatē dare. & pro domo sua. Hanc vos tribuno potestatē dabitis? & contra Bul-
lum, si vobis ex omni populo potestas deligendi esset data. Lau. lib. 4. c. 18. po-
stei concedit inueniri.

Dare operam literis. Recentiores sic lo-
quuntur. Cic. de clatis orato. Ego autem
Iuris ciuilis studio multum operę dabā,
dixit. & in lib. de Senect. In literis elab-
orare. Tandem cum multis alijs dati-
uis coniunctum inuenio, non cum lite-
ris. Sed analogia dici fatemur.

Debellatrix. Pro bellatrix non eit Roma-
ni gre-

Debiliter. pro remisse, lente. Hisp. Flexa
o flacamente suspectum verbum est de-
ge. lib. Syno. in voce Flacamente.

Décapulo, as. Vide capulo, as.
Deceptio,onis: pro fraus non legi
Decretum, as.

Decimolas apud probatum autorem non
vidi, prodecimam partem accipere. His.
Diezmar. Latinè dicitur decimū quē q;
legere, aut decimas accipere. Unde
Dicitur.

Dedecetis, tis: à verbo, dek'eeet, bat. non in
- tuem, sed indeeēs indecō us, turpis. His
Cosa que no está bien en italiano.

Cosa que no está bien, mi parecer bien.

Bede corus pro ignotis filios non est ad modum receptus.

Dediticius, qui alterius voluntate & impetu se committit. Hi. V. assalito elrendido. Cest. li. i. bel. Gal. Si per populu Ro. stipendiis remittatur, dediticij subtrahentur. Defectuositas pro def. fuit.

Defectuositas. pro defectus in aliis verbis
est.

Deforis, pro foris extrinsecis. Hispa. De
futora Vandalarum est. Euolue. lib. Syn.
in Voce Defutora.

Degustatio, onis non legi. Degusto, as. frequens pro gustare & libare.

D

Deitas. pro diuinitatis Theologi bene exco
gitarunt.

Deifico, as. pro in diuos refero, aut confe-
cru, ex cogitatim verbum est.

Delectabilis. pro habens delectationem,
aut iucundus, suspeclum verbum est.

Delector, taris, deponens pro delecto.
ad huc ego non legi, quanquam eruditissi-
mus Antonius Verbiſſensis. lib. 4. elus
meminerit in. 4. verborum deponentiū
ordine, sed est passuum a delecto.

Dementio, sis. pro infante. His. Enloque-
cer rarum verbum est.

Deplano, as. pro sterno. Hisp. Allanar La-
etatio est familiare verbum. lib. 4. c. 12.
Ego ante ibo & montes deplanabo ver-
ba sunt domini apud Esaiam. Alia com-
posita leguntur apud cæteros Latinos,
complano, & explano, cum plano sim-
plex non legatur.

Deputatus. pro certus, destinatus. His. De-
terminado y constituydo barbarū puto.

De repente. Latine dicitur. Cice. pro Q.
ligario. Initium verbi stu de repente ir-
rupisse. Terent. in Hecy. ac. 4. Sc. 1. ita
corripuit de repente tacitus se se ad fi-
liam

liam,& ibidem, si is posset ab eo fete de
repente auellere. Plau. in Mene, ac. 5. Sc.
2. Ei ecce de repente tantus morbus inci-
dit. Idein in Mostel. ac. 2. Sc. vltima Atq;
ille exelamat de repente. Quos latinissi-
mos autores imitatus est Ci. pro Q. Liga-
rio. Tu de repente irrupsisles, & clama-
re coepisses. Sic. lib. i. De diuina.

Deriso, onis. pro derilus, us. aut deridicu-
lum. Hispan. Burla, escarmo, o mofa,
non Latinis placet, licet derideo, & de-
risor obvia sint.

Descendētes, pro posteri, orum, nepotes,
potum. Hisp. Venideros, descendētes,
Barbari eo vtuntur.

Desidiose, pro lente, pigrius. Hisp. Perez-
samente rara vox est.

Destructio, onis. pro ruina, excidium à ver-
bo destruo non deducitur.

Destructor, oris. non Latini à destruo na-
sci voluerunt, pro perditor, oris.

Deterioro, as. pro detero, is. aut deterio-
rem facere. Hispan. Empeorar, o hazer
peor, istis vocabulorum excogitatori-
bus relinquamus.

Detractor, oris. qui absentis famā corrodie-

D 2 Hisp.

Hif. Maldezidoꝝ, o maldiziente, aliquibus sine autore ꝑum testiſonio plater, ego libentis obtrectator utar. Ille c̄t aliqui in fuis Dictionarijs collocaſunt.

Detrimentoſius. dictio est ſine autore ex cogitata pro d̄terius, nec me pr̄terit detrimentoſus poſitiuū apud Cefarēli.

7. Bel. Gal. reperiſti. Nos enī Latinarū dictionū custodes ſumus, nō repertores.

De verbo ad verbum. pro adverbium, ad literam, lingue Latinæ ignariſ. eſt omittendum.

Deuſoꝝ, as. pro deuſum eſſe. Hif. Apartare de lo recto, aut declino, & deſlecto, & de uito, non ex Latinorum grege eſt.

Deuotissime. pro religioliſſime Laſtan. ſcripſit lib. 2. c. 7. Cicero tamē lib. 2. De inuentione. religioliſſime vſurpati Templum (inquit) Iunonis quod religioliſſime colebant.

Deuotus. Latine eſt idem quod deditus. Hif. Offrecido. Ci. li. 3. Tuſeu, deuotus & donatus ſtudijs. & in Catili. Initia ſaceris ac deuota ſit. Eſt enim idem quod destinatus & deditus. Eſt etiam idem quod execrandus. Hisp. Coſa maldita.

Dictamen

Dictamen pro intelligentia communis aut summa ratio. Hisp. Lo que la razon māda à Latinis non usurpatur.

Dicitur pro deducitur, aut oritur, ut verbum dicitur à verbero, non castam locutionem puto.

Diesco, cīs. pro luceſcit, à Gothis fabricatū est.

Diffaino; magis elegans est infamo.

Difficulto, as. non est Latintum.

Digero, ris. iton t. ntum est diuidere, ac dividere. His. Repartir, sed concoquere.

Hisp. Digerit. Quint.lib. 10.c.4. vt cibos manos ac prope liquefactos demittimus, quo facilius digerantur. Corn. Cel. li.3.c.4. ex eo cālo quo magis digerint.

Dignus honoris. pro honore rarissima est locutio. Quod autem Erasmus in libello de constructione regere genitiuum docet, citatq; Ciceronem sic loquentem, hunc vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij, deest ibi gloria. Ouidius dixit. Militia est operis altera dignatui.

Dilaculo, as. pro dilucesco, id est, diem fieri incipi. Hisp. Amanescer, antiquum

D

ac obsoletum est, quo Gellius li. 2. c. 29.
vtitur.

Directura, z. pro directione. Hisp. Derecho. Julius Frontinus lib. 1. de aquæ du-
ctibus scripsit sic, sed veteres humilio-
re directura perduxerunt.

Direptio, onis. propriæda. Hisp. El saco ma-
no ex Cice. lib. 4. ep. 1. Vrbem sine legi
bus, sine iudicij, sine iure, sine fide, reli-
ctam direptioni.

Diripio, is. Hisp. Dar facomano ex Cic. li.
16. ep. ii. Patriam ipsam, vel diripiendā,
vel inflammandam reliquimus.

Discordantia. pro diserepantia. Hisp. Def-
entonamiento. Latini non recipiunt.

Discooperio, is. pro detego apud probatæ
fidei autores non inuenio.

Disconueniens. pro discors, alienus, à Lati-
narum penetralibus exclusum est.

Disparitas. pro varietas, non legi.

Dispenso, as. est contra leges aliquid iube-
re, pro quo Cic. & Liuus, legibus solue-
re habent.

Displicentia, z. pro tedium, aut contemptus
Hil. Fastidio, menosprecio, o desconten-
to, non est frequens: Apud Senecam. li.

t.i.c. De stabilitate mundi reperitur.

Disquiro, is. elegantius ac visitatius est ex-
quiro. Hisp. Inquirir aliqua cosa diligē-
temente.

Diteseo, cis. Visitatius est diues sio, aut rem
augeo. Hisp. Ehriquecerse.

Diuagor, aris. pro vigor aut erro, apud au-
torem classicum non vidi.

Diuersimodē. pro varie & diuērse Latinis
inauditum est, licet aliquibus recentio-
ribus non displiceat.

Diuersifico, as. pro vario, as. Scythicū est.
Diuersitas. elegantius est varietas.

Diuinator. pro diuinans, vates, aut hariolus
non legitur, licet aliqua dictionaria eius
meminerunt. Cic. lib. 3. de diui. Ut pre-
dicta essent à diuinantibus. Sene. li. 6. c.
29. Vaticinans, usurpauit.

Diuisibilis. pro diuiduus rara vox est.

Diuisim & diuise. pro separatim, seorsum,
apud primarios Romani sermonis vi-
ros non repieres.

Dolentia. Latinum est, cæterum frequen-
tius est dolor.

Doleo caput. cor, animū, Poëticū est. Do-
let aut mihi caput, cor, animus oratoriū.

Dicimus caput est mihi dolori. Vt Cic.
li. 14. ep. 5. De hereditate Præciana quæ
quidem mihi dolori est. Sic est locutus
in Antonium, & de aruspicum respōsis.
Dolorificus, pugnans, faciens, aut efficiens
dolorem.

Domatio, aliquiphius vocabuli sunt me-
mores sine iure (vt geor.) tuum domi-
tus sit Romanus dico. Cic. lib. 2. de patu.
Duo. Efficitus etiam domitu nostro
quadrupedum vectiores.

Dominum; elegantiora sunt dominatus;
& dominatio.

Duratibus his diebus, & duratibus his an-
nis, vulnus sic lequitur, Latini per eos
dies, aut per eos annos efficerat. Cic. 2. in
Verr. ac per eos dies cū iste. Idē pro le-
ge Manilia. Quam prouincia tenuisti
a prædonibus libertā per hosce annos.

DE INCIPIENTIBVS à litera E.

Ecclesia, as. pro inebrio inauditum est;
Ecclesia, x. pro ædes sacra, & templū
tropū est, & Græcū. Vnde Hisp. Iglesia
deductū est. lege li. Syn. in voce Iglesia.

E conuerso & E contra, pro contrario, aut
cōtra, & è diuerso. His. por el cōtrario,
in usum non admodum recepti sunt.

Eductio, nomen ex verbo, deriuatū legēs
apud Lactan. li. 4. c. 10. id est ut id
Effectius. Grammaticū verbū est pro
efficiens.

Efficacia. x. vñitatius efficacitas dicit. Grē
ce γένεσις.

Efficaciter. Plinianum verbū est, eaque
de causa Latinum. Efficienter Ciceronianum.

Effemino. as. non significat, vt aliquiscri-
bunt, debilitate aut macrēscere. His pa-
debilitar, o enflaquecer. Sed remollesce-
re homines, & viros molles, & enerua-
tos, ac minimè fortes reddere. His pa-
feminar, y hazer mugeril al hombre.

Cas. li. Bell Gal. Remollescere homi-
nes atque effeminar ea re arbitrāt̄.

E genus. a. m. Poëticum magis & historicū
est. Egens Oratorium. quinimò Cicel
nunquam haç voce; semper autē egens
vñsus est.

Eleemosyna. pro munus pauperi datum
non vñsi sunt veteres. Significat nanque-

misericordia aut miseratio a verbo Gr̄co, *ἀλεέω*, &. quod significat misereor.

Ecclesiasticorum scriptorum est
Elegantia. &c. in numero multitudinis probi autores non usurpant. Gel. nō adeò castus sānē scriptor lib. i. c. 4. atque vi tri lib. i. c. i. in plurali proferunt, facundi autem Romani in singulari.

Elementalis, aut Elementaris. Astrologis ac Philosophis sunt reliquenda, latinū est elementarius. Seneca ep. 36. Elementarius senex scripsit, & licet ibi qui prima elementa edidit significet, tamen etiā ego sic loquar. Mundus diuiditur in regionem Aerethream & elementariam, non vero clementarem.

Elevarē vocem, pro contendere voce, aut excitare vocem. Hisp. alçar, o leuantar la voz. semi pagani in Latio sermone vtuntur, significat enim diminuere & tollere. His. alçar, o leuatar, o disminuir Eleido. nō legi. Sed dilucidop declaro. as Emasculo. as. pro venerem iuhibere non aīm. dum latinum. Pli. lib. 20. c. 7. Nasturtium Venetem inhibet, animū exauit, Apulci⁹ vtitur pro puerū stuprare Em

Embolium. iij. introito, o prologo de comedia , o entrada de alguna representacion , quo vtitur Cice. pro Sestio Roscio. Omnia fororis embolia nouit. Græcè, ἐμβολίον , idem quod interpolatum sonat.

Errantia. x. Antiquum est. Error & errata visitata sunt.

Erratum. li. quo multi vtuntur, Diminutiuum ab erratum inuentum à recentioribus est.

Eregione. genitium regit post se. Cice. li. 2. de L'ui. Videt & constantissimo motu lunæ quando illa e regione solis facta, incurrat in umbram terræ.

Erēmus, mi. pro solitudo.onis. Hisp. yermo , o desierto, o paramo. Græcum est illi, ἔρημος dicunt , autores recentiores non fugiunt.

Eremita. tæ. pro solitarius homo. ex Græco est. Hispa. ermitaño. Cice. li. i. officio. Solitarius homo atq; in agro vitam agens.

Essentia. x. pro natura, vis potestas. Qua uis Quinti. libr. 8. cap. 3. non aspernari debere assuerat , Philosophis relinqua-

Equamvis. dñq. o. o. l. v. n. i. m. l. l. o. m. d.
Estries. el. p. r. f. a. t. h. e. s. t. a. u. f. I. n. c. d. i. a. a. n. t. q. u.
d. i. e. s. t. .

Euacuo. as. p. r. o. e. x. h. a. u. r. i. o. j. h. a. n. i. o. H. i. s. p. v. a.
o. g. z. i. a. r; n. o. n. e. s. t. i. t. a. f. r. e. q. u. e. n. s.

Euagino. as. p. d. i. s. t. r. i. n. g. o. e. d. u. c. o. e. n. s. e. n. i. v. e. l
g. l. a. d. i. u. m. H. i. s. p. d. e. f. e. n. u. a. y. n. d. a. r; r. a. r. u. m. e. s. l.

i. n. u. e. n. i. e. s. a. p. u. d. I. u. s. t. i. n. u. m. & V. e. g. e. t. i. u.
E. u. a. l. u. t. o. p. r. o. e. l. i. m. i. t. o. a. u. t. l. i. m. i. n. e. s. u. b. m. o. u. e
o. i. t. r. e. n. o. n. l. e. g. i.

Euaporo. as. N. o. n. i. n. e. n. i. t. u. r, q. u. a. n. u. i. s. e. u. a.
e. p. o. t. a. t. o. s. e. p. i. s. i. m. e. a. p. u. d. S. e. n. e. i. n. l. i. b. r. i. s
n. a. t. u. r. a. l. i. u. q. u. s. t. i. o. n. u. l. e. g. a. t. u. r, p. r. o. v. a.
p. r. o. a. s. H. i. s. b. a. h. c. a. r, o. v. a. p. o. r. a. r, o. e. c. h. a. r v.
p. o. r.

Euasio. n. i. s. p. r. o. e. f. f. u. g. i. u. m. i. j. n. o. n. m. i. b. i. a. d.
d. i. s. t. i. a. h. u. c. o. b. u. i. u. m; q. u. d. m. e. m. i. n. i. e. r. i. m, f. u. i. t.

Euitro. as. p. r. o. e. n. p. e. r. e. a. u. t. a. d. i. n. i. e. r. e. v. i. r. i. l. i. t.
t. e. i. m. a. n. t. i. q. u. m. e. s. t.

Euifatio. f. r. e. q. u. e. n. t. i. u. s. e. s. t. d. e. c. l. i. n. a. t. o. H. i. s. p;
a. p. a. r. t. a. m. i. e. n. t. o.

Exaduerso. p. o. s. t. s. e. g. e. n. i. t. u. m. p. o. s. t. u. l. a. t.

P. l. i. l. b. 5. c. 81. E. x. a. d. u. e. r. s. o. m. a. x. i. m. e. E. r. y.
t. h. a. r. u. m. P. l. i. 6. c. 23. H. a. c. r. e. g. i. o. e. s. t. e. x.
a. d. u. e. r. s. o. B. a. c. t. r. i. a. n. o. r. u. m. V. n. d. e. l. i. c. e. t. s. i. c.
l. o. q. u. i. D. o. m. u. s. m. e. a. e. x. a. d. u. e. r. s. o. t. e. p. l. i. e. s. t

Exalto,

Exalto.as. pro effero, extollo, eucho.His.
enfalte non adeo vicitum. ut sicut
Exanimas. non significat animo linqui.
His. desmayar. Sed terrere, perturba
re. His. espantar, si perturbari, aut metare
Exato.as. pro scribere aliquibus amusis &
in eruditis obfoletum verbum videtur,
cum sāpe apud Ciceronem invenias.
vt lib.12. Epist.18. Haec cum effetu in se
motu exaraui. Idem lib.9. Epist. ultima.

Harum exemplum in Codicillis exara
ui. & lib.12. Epist. ad Atticum, Hoc litem
ratur exarauit. lib.9. Epist. 3 ad Atti. De
eodē oīco ac opera exarati hescio quid
ad te. Sic obseruatim ab eodem in alijs
locis reperies.

Excōinent. pro cōfestim aut protinus Iu
stino locutio peculiaris, vt lib.5. ex con
tinenti se cum exercitu venturum. &cvi
tra, vt ex continenti Alcibiadē. Du
con. Conone Duce coimutarent. Sic illi
libr.6. in epistola ad his. 10. cap. 1.

Excessius. pro prætermodum. His. por
cosa que sale de medida. Medicorum &
Philosophorum est,

Exercito. as. pro exercere rarissimum est,
cum

cum exercitatus Ciceroni sit frequens.
 Exercitu.i.j. pro exercitatio non est Cice.
 verbum,nec suorum equalium.apud Ve
 getium frequens est verbum. Plau.co
 vtitur in Rudente.ac.2.fc.1.Macro.lib.
 22.c.17. In somnijs Scipionis Comentarijs.Corne.Tz.l.2.Annaliu.& Iusti.li
 g qui ex latinissimorū classe nō fuit.
 Exercitamentum.non legi pro exercita
 tio.onis.infima classis autoribus pla
 cet.

Excidium.Poēratuum & Historicum ma
 gis est,quam Oratorū.Exitium est Ora
 torium.Hisp.destrucion.

Excursus.us. non est ita visitatum vt ex
 cursio.onis. Hispa.corrida, o entrada,
 que hazen los eucinigos en las tierras
 de los contrarios.

Excusabilis,le.pro habens excusacionem
 Poēticum est.

Exiguus.habet comparatiuum exiguior,
 Julius Fronti.libr.1. de aquæ duilibus.
 Vicenariam exiguiorem faciu.ut. Pli
 libr.7.epi.24.Exiguissima legata. Oui.
 epi.14.De fratribus turbas pars exiguissi
 ma restat.

Ex

Ex opposito. pro ex aduerso inusitatū est.
Exorbito. pro deuium esse, declinare.
Hispa. salir de camino. aliqui Græcorū
interpretates Lactati. lib. 2. c. 5. imitantes
vsurpant.

Expergefio. aut expergefacio, elegantius
est expergifcor, eris.

Exponere se periculis. Grāmaticus dicen-
di modus est, pro obijcere periculis.

Expositus fortunæ. non dicimus, sed op-
positus aut obiectus fortunæ.

Exterminatio. non legi, Relegatio, s̄apissi
mè apud Ciceronem.

Externe. pro extrinsecus, aut foris nō est
latinum.

Extractio. onis. non legi, cum extraho sit
frequens.

Extrinsecus, adiectiuum non leges apud
egregium scriptorem, sed externus, ex-
terus, extrarius, extraneus.

Exulo à rége. non est locutio Latina, ha-
bet enim hoc verbū ablatiuum Locivn
de quis exulat, non persona. Plau. in
Mostel. ac. 3. sc. 1. Exuletq; à patria sua
Mar. li. ad Cæsa. Exulat Aufonia prō
fugus delator ab vrbe.

Exulatio.

Exultatio non se p̄tio. Exclam̄ & explega
cōm̄ s̄p̄e. De m̄isib̄ c̄sq̄, obitū &
m̄m̄sū. In oīlā. Qui nō obitū. q̄d illā.
D E I N G I D I E B N T I D V S

A B. F.

autur yōl̄, cōfēt̄, q̄d t̄x̄o iūn̄. D̄ḡv̄p̄j̄. A

FActor.oris.latinissimis est, legit̄ apud

Catoneū. cl̄. vñi rūpi factōr̄būs
vñi c̄b̄ et. Idem. 64. Factor̄es vñi in ta-

bulato diuisiſt̄. Idem. 65. Factor̄būs
det. In uenies vñiam apud Palladiūmili-

iā. 66. Dolgorūm̄. c̄parumq; factōr̄es
quam vocem lariſconfulti non formi-

ficarunt. vt. homine delictum. 3. vñl̄mo. ſſ
de re militari. In pari causa factōr̄i ha-

bit duvello. Nec Laetantibla. c. 27 & . 6.

&. 9. & multis alijs in locis. Effect̄or. p-

fact̄or, frequens est apud Ciceronem,
vt de vñueritāte. Effect̄or. impid̄ &

molitor Deus. Idem in eodem loco.
Horum operum ego parens effect̄or-

s̄q̄. s̄m̄.

Facere festum. pro agerē diem festūm, vel
celebrare, Vulgi phrasis est.

Facere debitūm. a Romana vrbe detinūm
est, pro officiū sequi. His. Hazer lo q̄ el
hombre

hōbre deuc. Cice. 2. de finibus. Tamen ea faciatis, ē quibus appareat, non voluptatē vos, sed officiū sequi. Et in eadē si gñificatione inuenies apud Ciceronē, esse in officio.

Facere fugam. Lau. lib. 3. c. 75. de Elegantia. hoc modo dōcet. Feci tamen fugam, quod ego fugi alterū, nō quod alter me. Vnde præcipit facere fugā, significare, id quod fugere. Hisp. ahuyentar, o hазер huir a otro. Cū potius significet dare terga, aut fugam facere.. Hisp. huir. Plaut. in Amph. ac. 4. sce. vltima. Vt si nostri fugam facerent, illuc me tuto recipere. Teten. in Eun. ac. 4. sc. 7. Fundam tibi nūc nimis vellem dari, Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes, facerent fugam. Cic. pro domo sua, quas iste tum cedes, quas lapidationes, quas fugas faceret. Tit. Li. li. 8. ab vrbe cōd. Inde iam haud dubie cōsternatae cohortes Latinorū fugā ac vastitatē latefecerūt. In quib⁹ significat nō fugere alterū, vt ait Lau. sed alterū fugere de me.

Facere tristem. aut reddere pro inferre mœstiam, aut contristo. as. gram.

E mati-

F

maticas phrases esse opinor. Cice i. Tu
scu. Qui totis theatris mœstiam infe-
rant. Cælius Ciceroni lib. 8. ep. 9. cōtri-
staut hæc sententia Balbū Cornelium.
Facere certum. Poëtica locutio est. Vierg.
lib. 3. Aenei. Anchifem facio certū, rē-
quæ ordine pādo. Plau. in Pse. ac. 2. sc. 2
Nimis velim qui certum mihi faciat. Fa-
cere certiorem obvia phrasis apud ora-
tores, significat. Hisp. hazer faber, o cui
far. non dices, ago certiorem.
Facere iastram. Dicimus. Hisp. perder, o
recibir daño, o fer dañado, non pati ja-
stram. Col. tamen in lib. 1. prætatione
dixit. Minus iastræ paterentur res ru-
sticæ. Sic facere dānum, naufragium nō
pati. vti Lau. li. 3. c. 75. de elegatiâ docet.
Facere poenam. Idiotarum est pro ei libe-
re negotiū, aut negotium faceſſere.
Facere contumeliam. Cice. Phil. 3. genus
esse obſcurum loquendi testatur; cū ait,
quid est porro facere contumeliam?
Quis ſic loquitur? Postea subdit. Non
ne fatius eſt mutū eſſe, quā quod nemio
intelligat, dīcere. Quinti. lib. 9. c. 3. hæc
ait. Et cōtumeliā fecit. Quod à Ci. repre-
hendi

hendi notum est. Quā locutionem non
refugiam: quod auctoribus locupletissi-
mis probatur. Plau. in Asl. ac. 2. sc. vlti.
In fine. Latinorum latinissimus sic lo-
quitur. Tu contumeliam alteri facias.
Sic. Teren. in Phor. ac. 5. sec. 8. nouo ei
modo quin faceres confumelias. Sic lo-
catus Quintilianus pro patre contra fi-
lium, quæ declamatio aliter de ægro re-
dempto inscribitur. Non faciam hæc re-
rium naturæ, non faciam contumeliam.
Idē Quint. in. 9. declamatione. Nōne cō-
tuñeli à fortunæ tuæ facis, si hūc odiſti.
Facetia. æ. inuenitur & in numero singu-
lari. Plau. in Stilio. ac. 5. sc. 4. Hæc facetia
est, amare inter se riuales duos.
Faciliter. pro facile non legitur apud lin-
guę latinę antitistes. Vtitur eo Vitruvi⁹
li. i. c. i. architecture. fieri posse faciliter
crederetur. Et alicui grecorū interpretes
False. pro falso, antiquū & obsoletū est, se-
mel Cic. in Academicis eo est usus.
Falsifico. Barbarum est pro adultero. His.
falsear. Iurisconsulti falso. as, vtuntur.
vc. l. penul. ff. ad. l. Cornel. de falsis, qui
pondera ac mensuras falsassent.

Fastidiosē. pro odio ē non vidi. Hisp.

Famelicus. pro enectus fame Comicū ver
bum est. Cie. de Diuinat. lib. 2. Auis fa
me ēnecta in offam pultis inuadit.

Famesco. pro esurio. Hisp. auer, o tener ga
na de comér. non inuenies in Lātinorū
scriptis.

Famigero. pro célébro. Hisp. afamiat. fu
giendū est. Verbalia autē famigeratio
& famigerator legūtur quāuis rato. pro
prædicatio, nobilitas. Hisp. la fama.

Famigeratus. pro celebris, aut famosus nō
inuenitur apud antiquum testem.

Fatigabilis. à recentioribus vox inuenta
pro fatigatus aut defessus.

Febrío. is. pro febrē habeo, aut febricito.
Hisp. tener calentura, rarū verbum est.

Felicito.tas. pro præstare fœlicitatem. Hi
spa. hazer dichoſo y de buena andāſa,
rarum est.

Feracitas. pro vbertas. Hisp. fertilidad nō
est nimis frequens.

Fictio.onis.apud Laſtan. lib. 2. c. 13. repe
ries. In noltri(inquit) corporis fictione
conclusa est. Cice. tamen lib. 2. de Ora
to. sine figurantis, scripsit.

Ficti-

Fictius. pro fictus, commentitius nō est
verbum obuium.

Ficulnea. æ. pro fico substantium non in
zuenies. Ibi apud D. Lucam. c. 21. Vide
te ficulneam & omnes arbōres, arbore
intelligemus ita. Colū. li. De arboribus.
c. 27. Arboris ficulneæ dicit.

Filo. as. pro nere, aut filū ducere, vel tor-
quere stamina, filū est. Terē. in Pleau.
c. 2. sc. 3. Autus sub regimen nebat. dedu-
ceret filum leges apud Quid. li. i. Amo-
rum, elegia. l. 4. &c. 4. Meta. Torquere
stamina apud eundem lib. 12. Meta.

Finalis. pro ultimus. Iūris consultorū est.
Finaliter. non olet Latinam Academiam,
pro denique, tandem, nouissime.

Firmiter. elegancius est firme.

Fiscella. æ. rete quoddā ex sparto, aut qua
libet alia materia, qua bestiæ ne come-
dant, aut mordent, capristantur. Hisp.
Boçat. ex Pli. lib. 18. c. 19. Si inter arbo-
res vitesq; arētur, fiscellis capistrari, ne
germina tenera præcerpant.

Fix. c. aduerbiū à nomine fixus nō legitur,
sed acriter. Ut Cic. in Tuscu. Cū acriter
oculis deficientem solem intuerentur.

Fluxus: pro fluxio. Hisp. corrente; probatissimi autores eius fuerūt: immemores
Fœminius: elegantius dices fœmineus. Cic.lib.3.ad Herē. Plangoi fœmineus,
 priore est usus. Quintilianus libr. 1.c.4.
Fœminis in possessione mares. & lib. Argumento. ff. de auro & argento leg. Quæ
 cunque sexus fœminini sunt.

Fœtulus. Psalmo.143. legitur. Ibi. Quæcōrum fœtus. Lau.tamēli. i. c.23. fœtuo
 sā legendum esse contendit. D. Hieronymus eam dictionem fœtuos, cōtra
 Iouinianum, usurpat. Pli.lib.9.c.51. Fœtificus vtitur. Humorem his fœtificum
 laetis modo effluere. & lib.7.c.31. Fœti
 fer. v' i fœtifer potus Nilus, significant
 quod fœtu plenūr est, Hisp. cosa criadora, o engéndradora.

Folium. ij. nouū vocabulū est , pro eo
 quod Hispa. la hoja del libro dicimus,
 pagina, pagella, aut paginula antiq pro
 nunciabant. Vergi.egl.6. Nec Phœbo
 grator vlla est, quam sibi quæ Vari pro
 scripsit pagina nomē. Cice.li.1.epi.2.ad
Q. Fratr. Nā cū hāc paginā tenerem. Sic
 euā loquebātur, prior pagina, & extrema

ma vel postrema pagina. Cie.li;16.c.6.

Valde priore pagina perturbatus. & li.6.

ad Att. r̄ndebō p̄mū postremē tñepagine
Formidabilis, pro formidolosus legisse nō
mēminī.

Fornicator & Fornicarius. pro scortator.

Hisp. putanero, inaudita Latinis sunt,
apud Iurisconsultos significat, qui tabernas sub forniciis à fisco cōductas accipit, vt.l,cū quidā.de v̄suris. ff. Fiscus ex suis cōtraētib⁹ v̄suras nō dat, sed ipse accipit, vt solet, à forniciarijs, qui tardius pecunias inferūt. Fornicarius aliud est, significat enim q̄ fornacē incēdit, & panes coquit. His.hornero.vt. l. si seruus, ff.ad.l. Aquil. Fornicator inuenies.l.cō tineatē, & fornicator. ff.de fundo iñstructo. Idē est quod fornicarius.

Fornicaris. pro scortor, aris. exēplo caret. Terē in Heau. ac.i.sc.i. Scortari cōbro nolunt.

Fortifico. pro animo. as. Hisp. esforçar, odar esfuerço rarum est.

Fraternitas. V̄ sitatius est germanitas.

Fraudulenter. pro fallaciter non est valde v̄ sitatum.

Frigefacio.pro refrigero,non memini vidisse.leges nostrū Syno.li.V nbris aquis ve, refrigerari salubrius,dixit Cic.in Senectate,lib.12.c.1.

Fruſtifico.caſ. pro fructum edo; aut fructū fero,in paginis Romanis nō inuenies. Colu.lib.12.c.20.Fruſtifico.caſ.vſurpat.&c. Cili.15.ad Arti.fruſticor.cariſ,deponēſ Frumentarius.eſt trumenti mercator ſeu negotiator.Hisp.tratante en trigo.Cic. lib.3.ofiſiūon igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius.

Fulgoritus.pro fulmine tactus vel iētus ſe nega.lib.2.c.21.Natu.Questi.Omnibus fulgoritis odor fulphureus eſt.Hisp.Coſa herida de rayo.

Fundator.Laſtau.li.2.c.1.Fundator ipſius terre fuit,ſcripſit.A Edificator, opifex, effector,molitor,Ciceroniana ſunt. vt libr. De vniuersitate,& lib.1. de Natu. Deorum leges.

Funeralis.pro funebris,aut funere nō legi

Furfure,in ablatiō singulari a furfures,fur furum.Hisp.el ſaluado.Pli.18.c.30.scripſit,furfure craſſo veſcitur.

Fuſim.pro fuſe aliqui vſurpanſ.

DE INCIPIENTIBVS.

Gallecus. ci. Homo natus in Gallecia, Hispaniae regno; Vulgo Gallego; Iulius
Ob sequens de Prologis. Lulitani, Gal-
leci, deuicti.

Gargarizo. as. pro potionem aliquam ex-
guttura recipere. Hisp. Hazer garga-
rismo. Latini eo. vtitur. Ut Cornel. Cel-
lib. 6. c. 6. Vbi de Xerophthalmia agit.
Non alienum est ex finapi gargarizare.
Idem ultra, gargarizando pituitam euo-
care. et eodem lib. c. 10. gargarizandum
est ex reprimentibus. Deniq; obsum
verbum est apud hunc autorem, vt in
hoc lib. 6. c. 12. vtitur & co Philib. 22. c.
13.

Gargarizatio; pro illius potionis recipro-
catione Hisp. et gargarismo ab eodem.
lib. 6. c. 6. Gargarizationib; ijsdem. &
lib. 6. c. 7. Gargarizationem q; pertinet.
Gehena. n. pro Infernis inferis, Orco; Ec-
clesiasticorum est. Unde Gehennalis a-
pud Lactantium in titulo. c. 21. lib. 7.

Generalitas . Dialecticorum & Philoso-
phorum est. p vniuersitas. Lege Vnuer-

G

salitas.

Gentiliter.reperies apud Laetan.in lib.3.c.
2,in scriptione.

Gerundium gentili regitur à nominibus substantiis significantibus rem cor
poream:quānus aliter grammatici pro
fiteantur. Quare hæc locutio erit ex Ro
mano ouili. Ego sum princeps inueniē
ndi multa,& tu es præceptor agendi par
ua. Quintil.lib.2.c.18. Quanquam apud
Homericum præceptorem Phoenicem
cum agendi,tum & loquendi. Idē Quin
tilianus lib.12.in proœmio. Quem insi
tuebamus Oratorem à dicēdi magistris
dimissus. Idem Quintili.lib.2.c.4. Latini
nosque dicendi præceptores extremis
Iunij Crassi temporibus cœpisse. Ci.li.
de perfecto Oratore. Sed princeps inuen
niendi fuit Traſimachus. Cicero. lib. 2.
De inuentione. Atque alij quoque alio
ex fonte præceptores dicendi emanau
erūt. Idē li.1. De Oratore. Que græci dī
cēdi artifices & doctores reliquerūt. Le
ge reliqua in nostra Annota. Sylua.
Gesticularis,non est ita frequens ut age
re gestum.

Gla-

Gladius, iij. pro culter, tri. His. Cuchillo. nō
memini videre. Tantum significat id
quod ensis.

Glorifico. non legi.

Grabatus, ti. dictio Ciceroniana est, quam
aliqui barbaram male pūtant. Est enim
lectus exiguus. Cic. lib. 2. De diui. Non
modo lectos verum etiam Grabatos, vn
de illud Ecelesiasticum, Latine dictum
est. Tolle grabatum tūum & ambula.
Vtitur etiā hac dīctione Martialis mul
tis in locis.

gratitudo, pro gratulatio, gratia, aut gratus
animus non est frequens.

grauo, as. pro grauor nō legi, quanquā An
tonius in suo Lexico eius mēmor fuit.

griseus color, pro cinerithus, non inueni
apud probum autorem.

grossus, a, m. pro crassus, a, m. non legi. grof
sus, si, substantivum in genere femini
no, raro masculino, significat ficus non
maturus. His. Higo por madurar.

grossomodo. pro pingui Minerua, rusticus
est sermo. Cic. in amicitia. Agamus igi
tur pingui Minerua (vt aiuñt.)

gulositas. non meminilegisse pro gula
aut

aut edacitate. Cic. li. 3. ep. 4. ad Q. Fratr.
Pueri edacitatem pertimesco.

Gustatio. onis. Vbi legatur nescio, pro

quo Latini gustus, aut gustatus scribunt

Guttans. tis. & Guttatus. a. m. legitur. Sed

non inuenies Guttatas.

D E I N C I P I E N T I B V S

Habeo opus. pro est opus, & necesse. His

tamen tener negligébat, ad Græcorum ini-

stigationē dictum est, non latine. Ipsi enim

έχοντες. i. Habeo opus dicunt.

Deinde interpres maluerunt Græce

quam latine loqui. Quod non imitandū.

Habere patientiam. propatienter ferre. Et

clastic locutio. Ut ibi. patientiam ha-

be in me, & omnia reddam tibi.

Hæredito. Apud lingua latinx duces pon-

ti inuenies. Hæreditas venit, aut accipio

hæreditatē. His p̄heredat, Ciceronis &

Quintilianī modi sunt loquendi. Eccl-

esiastic interpretes tantum eo vtuntur.

Hæreditas. tis. non est prædium, aut fun-

dus. His p̄heredad, sed quod in hæredis

potestatē venit.

Homo. as. pro p̄fcor. atis. barbarū est. Ha-

matus.

inatus.a.m.& Hamatilis latitia sunt. Ha-
matus enim est id quod Vincinatus, &
homo in unitus. Hisp. cosa con anzuelos.

Vnde munera hamata a Plinio dicantur,
quae dantur, ut alia allificant. Cum lib.
9.ep.30. ait, Hos ego viscatis hamatisq;
muneribus non sua promere puto, sed
aliena contipere.

Hama.æ. vas grande ad extinguendum in-
cedium. Hisp. heration. Pli.lib.10.c.34.
&c alioqui nullus in publico sipo, nulla
hama, nullum deniq; instrumentum ad
incendia compescenda. Vnde hamula,
Colu.li.to. aut habilem lymphis hamu-
lam.

Hannulus & Hamus. Hisp, garabat illo de-
çurujano, ex Cornel. Cel.lib.7.c.3.

Hic aut ille est. Interrogando vitiosa locu-
tio est, pro hic an ille. Teste Quintil.lib.
1.c.9.docente, Nam & an et aut, coniun-
ctiones sunt, male tamen interroges, Hic
aut ille sit.

Hilariter. pro hilare Hisp. alegremente, no
est ab aliquo linguæ latinæ antistite v=
surpatum.

Historiographus. pro. Historicus non
est

est adeo castum.

Hypocrisia. pro simulatione virtutis & religionis venditio & ostentatio. Hispan.

Hipoctesia.

Hypocrita. pro religionem simulat & qui religionis speciem præ se fert, græcum est.

Homilia. pronuntiandum tenore in tertia à fine collocato, non in secunda ut alii qui perperam pro nunciant. Descendit enim à græco nomine ὁμιλία, quod significat colloquium.

Horologium solarium. Hisp. Relox de Sol ex Pli. lib. 7. c. 60. Princeps Romanis foliarium Horologium statuisse.

Hortulanus. pro olitor, oris. Hisp. Ortelano non est castum, quanuis Macro. vta tur. lib. 3. Saturnal. c. 18. Apicius lib. 8. c. 7 Percellus hortulanus dixit, pro eo qui alitur in hortis.

Humaniter & humane. Romana est locutio, quanuis Henricus Bellius lib. de abusione linguæ Latinæ neget. Cic. li. 7. ep. 1. Docebo profecto quid sit humaniter vivere. Idem. lib. 1. ep. 2. ad Atti. si aliter acciderit humaniter fereamus. & ad Q. Fratr.

Fra.ii.2.ep.i.fecit humaniter Licini⁹.
 Humilis, pro submissus, popularis, nō se ef-
 ferēs. His. Cosa baxa, comū y q̄ no se en-
 salça, nō enim significat id quod clemēs,
 humanus, significat nānq; Latine & vſi-
 tate quod a diuis non extollitur. Vtibi.
 Atque humiles habitare cassas. His. Co-
 sa baxa. Aut id quod cōtemptus & abie-
 ctus. Hisp. Cosa menospreciada y vil.
 Humilio, as. pro submitto. Hisp. Humillar.
 Ecclesiasticorum verbum est.

D E I N C I P I E N T I B V S à litera I.

- I**Euno , as. pro abstinere se à cibo. Hisp.
IAjunar Ecclesiasticum est.
IGnominio, as. pro afficere ignominia bar-
 barum puto, licet Gellius lib. 9. c. vlti-
 mo ignominiatus legat.
IGnominiosē, non legi, quanuisignominio-
 sus fit elegās verbum. Per ignominia di-
 xit Ci.in Veitē. Perfummā injuriā igno-
 miniāq; peruenire . In dictionarijs sine
 testimonio est obuiū. Pro eo etiā Latine
 utemur cōtumeliosē, & per ignominia .
Ignoranter. aduerbio vtitur Laetantius
 li. 6.c.13. ignorāter, impudēter, incaute-
 que

31

q; labuntur. Per ignorantiam, et propter ignorantiam Ciceronianæ sunt iotationes. Illa in oratione pro Sestio. Hæc in lib. De amicitia. Per imprudentiam in eadē significatione in Orato. dixit. Per imprudētiam, in oratione sā pē versus decimus.

Illegitimus. pro nullum habens ius non legisse memini.

Ilibabilis. Laetan. lib. i.c. 8. est usus pro ilibatus, Pl. lib. 17. c. 17. Ilibato cortice dixit.

Imaginarius. pro imaginarius Philosophtum est Suetonius Claudio. c. 25. Imaginariae militiae genus.

Imumaniter. aut imumane. pro crudeliter & atrociter vocabula sunt non frequenter latinis.

Immediatè. pro cito aut proxime autores non probatæ fidei coventur.

Immediatus, pro proximus apud linguæ latine antesignanos non inuenitur.

Impactio.onis. pro impulsio. Hisp. empulsionem o empellon, apud Senecā lib. 2. c. 12. Nrtu. questio. inuenies. Ob dissimilem impactiorum nubium.

Impaf

Impassibilis. Theologorum & interpr-
etum est, pro imparabilis. Lactan. lib. 1.
c. 4. & lib. 2. c. 9. non refut. verū lib. 2.
c. 9. Imparabilis de imparibili, dixit, La-
tinissime loquens. Simplex enim apud
Cicer. libr. de Natu. Deo. parabilis est.
Omne animal naturā patibilem habet.
Impetuofus, pro furens, vehemens, præ-
ceps, non est ita frequens.

Impleo granarium frumenti, contra quos
dam triobolares Grammaticos locu-
tio est elegans. Cice. 3. in Verrem. Lu-
cius Piso multos codices impleuit ea-
rum rerum. Idem lib. 9. epi. 13. Neq; ol-
lam denariorum imple. Titus Li. Ado-
lescētem suæ temeritatis implet in lib.
1. ab Vrbe. Cōd. Idē lib. 5. ab Vr. Cōd.
Multitudinem quæ semper ferè regen-
ti similis religionis iustæ impleuit. Le-
ge. c. 4. nostri libri Syntaxeos.

Impossibilis. Non est Barbarum. Quinti-
lianu eo vtitur lib. 5. c. 10. & 13. & Iust.
libr. 2. Quasi impossibile imperauerit,
vt arma reginæ Amazonum sibi affe-
ret. Frequens verbum est apud Iurisfō-
sultos in Digestis. Non est Ciceronia-

num, qui pro eo, non potest fieri usurpat. Laetan. lib. 1. c. 8. aut impossibile sit Deo, inquit. Item & lib. 2. c. 12. Omnis ergo illa ratio impossibilis & vana est. & lib. 3. c. 19. & alibi.

Impostor. oris. pro fallax & mendax non legi,

Impostura. pro fallacia aut versutia iurisconsultorum est.

Impræmeditatus, pro imparatus non est castum.

Impræsentiarum. Malè Barbarum aliqui existimant. Hac voce utitur Apuleius lib. de Deo Socratis. Hæc verò impræsentiarum & infra. Atq; adeò hic sit in præsentiarum. Mar. Cato. lib. De re rustica. C. Lex oleæ legendæ. Extra quā si quæ solum impræsentiarum dixerit. Idē Apuleius loco citato. Idcirco respondebo impræsentiarum. Ciceronianus dicēdi modus est, in præsentia. AEmilius Probus non contemnendus autor in vita Annibalis. Cupiuit in præsentia rū bellum componere, dixit.

Imprecatio. onis. non est Latinum pro prex. cis. aut precatio. onis.

Impro-

Inproperium. pro conuitum aut contumelia non est valde usitatum.

Improsper.ra.rum. pro non prosper, infelix, infortunatus fugies. Columella tamē quē castissimum in loquēdo iudico improspere usurpat. lib.1.c.1. Vbi quid pperā administratū cesserit. impspere.

Inagibilis. pro immotus utitur Seneca. lib.5.c.5.natu. quæsti.

Inagitatus. non memini legisse.

Inanimis. & **Inanime.** inclinavit Laftan. lib.1.c.11. pro inanimus. a.m. Cice. lib.2. offic. Partim sunt inanima. Idem libr. Tuscu. Inanimum est omne quod pulsu agitatur externo.

Inanimo. as. non legitur.

Incantatio.onis. fugiunt Latini hoc vocabulū. Carnen, & veneficum & incāmentum pro eo utentes. Licet incanto sit in usu apud Pli. lib.28.c.2.

Incessabilis. pro non interruptus, non intermissus, continuus suspectum est.

Incessanter. pro sine intermissione. Cice. de Natu. Deo. Deum sine villa intermissione pulsari, agitariq; incursatione atomorum.

I

Incessu, non tantum datiuū regit, sed frequentius accusatiuum, quoniam hoc obijū est, non cito autores.

Inclinatus, p prop̄sus. His. inclinado. vt pronus in iram, non est valde vfitatum
Incogitabilis pro lacogitans. Plau. in mī-
lite, & Lactan. lib. i. c. 8. vtuntur.

Incongruentia. non legi nisi apud Laſtā.
lib. 5. c. 14.

Incongruenter. pro indecore, indecenter
non est vox calta. Cic. lib. 1. offi. Caveat
ne quid indecore. Plau. in Merca. Inde
ceter obſtrepunt.

Incontanter. dixit Laſtan. lib. 2. c. 8.

Inconsiderabilis. nondum legi.

Inconsideratio. onis. non à Latinis est ad-
missum. pro quo Cice. lib. 3. ad Q. Fra-
trem. considerantia est vſus, ac Suet. in
Claudij Cæſaris vita. c. 39.

Incōſidero. as. adhuc non legi, quāuis in-
cōſiderans, & incōſideratus sint in vſu,

Incorrigitibilis. Canonistarum est, pro nō
corrigendus, aut qui non potest corri-
gi, nec emendari. Cice. li. ii. ad Atti. Cor-
rigi non potest meum peccatum, aut
non coērcēdus qui coērceri nō potest.

Cice.

Cic.li.i. De finibus. Coérceri reprimiq;
non potest. Quintil.lib.i.c.i. inemēda-
bilis pro eo est vſus. Inemendabili in
posterum prauitate durentur.

Incorporeus. pro incorporalis inuentum
ac fictum fuit ad interpretationem hu-
ius diſtioniſ. *ἀσάματος* Aulo Gel. li.5.
c.15. teste. Quintil. Ius quod fit incorpo-
rale, apprehendi manu non posse. Se-
ne. ep. 9. Deinde ſe à corporeis ad in-
corporalia tranſtulit. Macro.lib.7. ca.
14. Cum ſint incorporea dixit.

Incorrūptibilis. Latini incorruptus vſur-
pāt, quāuis Laſtā.li. i. c.3. & . 4. eo vtif.
Incorrūptio. pro ſynceritas, integritas, pu-
ritas non vidi apud egregium autore.

Inculpatus. legitur, Inculpo nō legitur.
Incūbo literis. recentiorū eſt pro ſtudeo
& do operā ſtudio, & in literis elaboro
Incurabilis. pro iſtanabilis, immedicabi-
lis, Medicorum eſt.

Incuriosus. elegātius eſt negligēs, eo eſt
vſus Iulius Frōti. in procēmio lib.i.

Incuriositas. non eſt purū verbum. latina
ſunt negligentia aut incuria.

Indefinēter. rarū eſt p ſine intermiſſione.

I

Indigestio. nō significat malā cōcoctionē,
quæ nascitur ex egro ventriculi affectu,
pro quo Cic. & alij latinij cruditas vtū
tur, vt De senect. Carēt ergo etiā violen
tia & cruditate. Medicis barbaris relin
queimus.

Indivisibilis. pro individuus, Grecarū lite
rarum interpres vtuntur.

Indomabilis. pro indomitus qui imperium
recusat, non reperi.

Indomo, non est hæc locutio Barbara ex
plodēda, quin poti⁹ Latinissimi ea sunt
vsi. Cic.lib.2.ep.7.ad Att. Cū in domo
Cæsaris quondā vñus vir fuerit. Suet.in
Julio Cæs.c.81. rēcitaturq; in Antonij
domo. Pli.lib.33.c.1. Et in domo turba
externa acta. Idēli.36.c.5. sicut Laurēte
q; eff i Titi imperatoris domo. Va.Ma.
lib.6.c.8. quorū felicior in domo status
fuerat. Idēli.3.c.1. Nā cū in domo Mar
ci Drusi auūculi sui educeretur. Pli. De
viris illustri. & cū in domo Tiberij. Se
ne.li.5.c.18.natu. Quæst. occupabat nos
in vñā domo. Sic multis alijs in locis ob
seruatū est. Cic.li.1. offi. In domo clari
homiois. Idē in Sallust. Quis in Publij
Crat

Craſſi domo habitet. Sue. in Sergio Galba. c. 4. ac tātū in domo sua hærentem, Indomū. locutio eſt latinorū albo inuēta. Cic. in Verrē act. 7. in chelidonis domū præturā totā tuā detulisti. Idē Paradoxo. 3. In quācūq; domū struprū intulerint. Et lib. 2. De legi. In ipsius patris domū detulimus. Pli. li. 9. c. 39. Omnia in domū cōportat. Sallust. in Catili. Ille eos in domum Decij Brutī perducit. Indubius. pro certus Latinorum scriptis non eſt mandatum.

Indulgentia. pro venia Ecclesiasticū verbū eſt, significat nāq; apud Latinos educationē mollē parentū in filios, aut aliorū in eos quos amāt. Hisp. regalo. Vnde illud Quinti. li. 1. c. 3. mollis illa adūcatio quam indulgentiam vocant.

Indulgere literis. pro studere non eſt obuium, niſi apud recentiores,

Indulgeo. non significat ignoscere.

Industriosus, & Industriofē. pro industri& industriè, in Romanorum scriptis non sunt.

Ineffabiliter. Theologicum vocabulū eſt in Lactan. lib. 2. c. 9.

Ineffabilis. Vocem parum Latinam aliqui putant. Pli. inter Latinorum processus nominandus eo libenter utitur lib. 28. c. 2. & in proœmio lib. 5.

Ineloquens. pro infans. antis. recens oratum est.

Ineloquium. pro infantia, etiam nuper inventum est, licet Laftan. libr. 4. c. 26. in eloquium soluit, dixit.

Ineloquibilis. pro ineffabilis antiquorum monumentis non est scriptum.

Ineruditate. Latine enuntiatur. Quintil. ii. 1. c. 10. Est etiam non ineruditate ad declamandum ficta materia.

Inexcogitabilis. apud Laftan. libr. 4. c. 8. inueni pro non meditatus. Pli. libr. 26. ca. 15. Inexcogitatus dixit ibi nouum & inexcogitatum antea.

Inextingibilis. pro inextinctus Theologis demus.

Infacetus. Latina dictio est, licet Hermolaus in Plinianis commentarijs. libr. 35. c. 4. negat. Qna Cicero pro Marco Marcelllo est usus, sed tamen (inquit) non est infacetum mendacium. Idem li. 3. offi. Cai^o Canini^o eques Romanus homo nec in face

infacetus & satis literatus. Plau. in Tru-
cu.ac.2. Sc.4. Quid tā infacetus Lemno
adueniens. Catullus. Osæculū insipiens
& infacetum. Pli.lib.16.c.9. Non inface
te dixit, & Solynus.c.5.

Infantulus, li. diminutiu m ab infans , tis.
dictio inuenta nuper est , parvus infans
dicerem diminutiui loco, si necessitas vr
geret, Lucretium sequens lib.1.

Infantilis.pro infans,tis.non legitur,

Infantiliter. non reperi, quanquam recen-
tiores libenter his vocibus vtantur.

Infatigatus,non est Latinum proinde fes-
sus aut infatigabilis.

Inferne, pro parte inferna nō vidi, aut pro
ex loco inferiori.Hisp. Debaxo, quo li
benter multivtuntur,sine autore tamen
idoneo.

Infernus,ni. non legi in singulari substan-
tiuum,in plurali apud Cornel. Tacī. li.
21. Eademq; cura & de infernis persua-
sio.& Laetan. lib. 6.c. 3. Vel ad inferna
præcipitent.

Infinitius. pro infinitus Grammaticum
verbum' est. Poni pro præterito imper
fecto indicatiui modi , apud Poëtas &

Historicos omnibus incōfesso est, inueniri autem apud Oratores id multi grāmaticorum negant, qui quantum a veritatis tramite aberrent, vel ex histestimo nūjs à mecitatis coniectare licet. Plin. in Poenagy. Te paruuli noscere ostentare inuenes, mirari Senes. Cil. lib. 3. ep. 3. studia eorum mihi placere. Idem in codē. Consilium totum videremini necessariū. Idē act. 4. in Verrem. Ridere conuiuaz, machinari ipse. Idem. lib. 3. offi. stomachati caninus sed quid faceret? Idē lib. 1. De Orato. Galba autem alludens varie & copiose multas si militudines afferre, multoq; pro exquitate ius dicere. Idem lib. 4. ep. 3. ad Atti. Ille vehemens furere, post hunc vero furorem nil nisi cædem inimicorū cogitare vicatim am̄bire, seruis aperte spem libertatis ostendere. Idem in Verrem, act. 7. Hærcere homo, auersari, rubere. Illud aduertendum est quod optime annotauit Polycarpius li. 1. de recta & ordinata compositione. Interdū infinitiuū capi pro p̄terito perfecto. Terent. in Adel. ac. 1. Sc. 1. Ille contra hæc omnia, ruri agere vietam,

tam, semper parcè ac duriter se habere. pro eo quod est egit, habuit, nam sequitur vxorem duxit, nati filij duo. Inde ego hunc maiorem adoptavi mihi. Idē. Ita ne tandem vxorem duxit Antipho. iniussu meo. Nec meum imperium age mitio imperium non simultatē meā reuereri, saltem nō pudere, pro reveritus est, puditū est. Aliqui male volunt intel ligi verbū incipit. cū adsint hic orōnes vbi id fieri nō potest, vt tu examinabis. Infirmiter non reperi. Ci.li.4. Acade. &c. 5. Tuscu. imbecillus est vsus, & infirme. Vt li.15.ep.1. Socios infirme animatos e se. His. Floxa, debil, o flacamente. Inflatius, pro habens inflationem ex Medicorū Academia est. Cic.li.1. De diuinitate. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus.

Influxus. Astrologorum vocabulum est. Cic.lib.1. De Diuinitate. Aspiratio in hac significatione vtitur. informatio, p quæstio, apud insignies auto res nō legitur. Ci.li.3. De na. Deo. Auri Tolo-

I

Tolosani quæstio. Ac Quintil.lib. 4. c.

Quæstiones potentissimæ, dixerunt.

Hilp. Informacion o pesquisa.

Infrigido, as. pro refrigero. Hispa. Enfriar
non est verbum obuium.

Infrugifer. non est Ciceronianum, sed in-
fructuosus.

Ingenitus. pro non genitus vox est inter-
pretibus Gecarum literarum apta, nam
hanc vocem ἀγένητος, id est, ingenitus
explanant. Lactan.lib. 1. ca. 7. ἀγένητος
id est, ingenitus, est interpretatus.

Ingratitudo. vox est quam Cicero fugit, li-
bro enim nono. ep. 6. ad Atti. Græca di-
ctione vti maluit. Sed ita meruisse illum
de me puto vt ἀχαριστας crimen subi-
re non audeam. Non legi apud hunc au-
torem (quod meminerm) sed pro eo, in-
gratus animus vt lib. 9. ep. 2. ad Atti. sed
quia ingratii animi crimen horreo. Phi-
losophis & Theologis sœ pissime occur-
rit.

Inique ferre. pro iniquo animo. Lactan. li.
6. c. 4. usurpauit.

Iniurior, aris. pro iniuriam inferre. Hispa.
Inju-

Injuriar o afrentar, interpretes Græcæ
linguæ eo sine autore vtuntur.

Inobedientia, pro concumacia, quanuis li-
benter eo aliqui vtuntur, barbarum est,
Inobediēs, tis. in compositione rarum est.
non obediens Latini pronunciant.

Innocenter, apud veteres Latinos nō me
mini reperisse. Apud Lactan. lib. i. c. nle
gi. Cic. innocētissime in Sallustium scri
psit.

Inquieto, as. Quanuis apud Ciceronem nō
inueniatur Latinum est, Suet. ac Quinti
lianu eo vtuntur.

Insalutatus. compositum non legi prō nō
salutatus. Vnde vulgo dicitur, hospite
insalutato, Quam Latine tu videris.

Insensibilis. Gellianum verbum est, lib. 7.
c. 10. & Lactan. lib. i. c. 20. & multis alijs
in locis. Pro sensu carens.

Insensibilitas, pro stupiditas aut sensus stu
por, non legitur.

Insensibiliter, pro sine sensu, vox est inuē
ta & à recentioribus excogitata.

Insensitiuus. Barbaris est obuium, pro sine
sensu.

Insensatus. pro stupidus ex Gothorum of
ficina

ficina prodijt.
 inseperabiliter. Lactantij vox est , lib.3.c.
 II. & in titulo capit.3. lib. 4. Cicer. de
 Claris Orato. Nunquam separatim,
 scripsit.
 insolite. pro insolenter, rarum verbum est.
 His. Defacostum bradamente.
 infolesco. pro superbio, & insolitem esse,
 non reperies apud Latinos,
 instabilitas. pro inconstantia non est fre-
 quens.
 institutor. nomen ab instituo deductum le-
 ges apud Lactan. lib.1.c.22.
 instruo. Lau. lib.1.c.1. De elegatia ait apud
 idoneos autores non compertum esse
 instruo pro docce inueniri. id enim vult
 significare, quando ait, non dici instruo
 discipulum, aut mentem alicuius, veru-
 tamen id apud probatissimos autores re-
 petiri palam est, ut ex his testimonijs pa-
 tet. Quintilianus lib.1. in proœmio. Quæ
 non eorum modo scientia quibus solis
 quidam nomen artis dederūt, studiosos
 instruat. sic leges apud eundem lib.2.c.5
 & lib.4.c. 2. plura testimonia in nostra
 annotatio. Sylua leges.

infu-

infuso, as. pro sudare, dare operam, labore
re, non est Ciceronianum.

infusibilis, usus est Lactan. lib. 7. c. 16.
Hic. infusibili dominatione vexabit orbem.

intellectio, onis. pro intellectus aut intelligentia Philosophorum est.

intelligibilis non reperi.

interfectio, onis. pro occisio, onis. cædes,
dis. non est castum.

internus. pro interior, dixit Sene. li. 4. c. 2.
natural. quæstio. itaq; venas interno ca-
lore siccari. & lib. 6. c. 24. interno mo-
tu. & c. 27.

interpretamentum. pro interpretatio non
est multum elegans.

interstitium, & interstitio, onis. non sunt
elegantia vt interuallum.

interemptrix, pro foemina quæ aliquæ in-
terfecit, eo Lactan. lib. 1. c. 10. vtitur.

interemptio. pro internecio, onis. inaudi-
tum est.

intertexo. pro intexo non est obrium.

interula, æ. pro supparus, ri. aut tunica, cæ.
Hisp. Camisa, apud autorem Latinum
inauditum est.

intitu-

Intitulo.pro inscribo . Hisp. Intitular cō-
mentitium verbum est.

Intono,as.pro modulari. His. Entonar nō
legi. Pli.lib. 10.c.29. Vox sit modulata
aut varia. **I**ntono significat tonare. His.
Tronar, in qua significatione Latinum
est.

Intrinfecus,a,m.pro interior suspitione
non caret.

In vrbe Granatæ,in flumine Durij,in Pro-
uincia Germaniæ,in insula Rhodi. Pro
in vrbe Granata , in flumine Durio , in
Prouincia Germania, in insula Rhodo.
Poëticus est dicendi modus. Ita Virgi-
lius lib. 7. A Enei. dixit flumen Hymel-
lae,& Bruteti vrbeam , vbi Seruius Ver-
gilium Poëticalicentia effevsum affue-
rat. Horat.lib. 3. Carmi.ode. 5. Incolumi
Ioue & vrbe Roma, oratorie dixit.

In uando, is..non regit datiuum ne dicas in-
uadit mihi libido foras eundi, sed inua-
dit me, aut in me . Priuila locutio magis
Poëtica & Historica est, secunda autem
oratoria in. Cice.pro Cluentio in eū va-
dunt dixit, &c pro Cecinna , in Cecinnā
inuaderet,sic.2. Phili. Infortunas inua-
fit.

fit. Et. 3. in Verrem. In eas inuafisse. Sic multis alijs in locis aliquando etiā. Idē Cic. tollit præpositionem.

Inuercundia. pro imprudentia. Hif. Denuo uerguençā insolens verbum est, Si postinus sine testimonio eius memor fuit.

Inuercundē. non est in albo Latino-rum.

Inuiolabilis. pro inuiolatus, sanctus, rarum verbum est.

Inuiolatio. pro sinceritas, integritas, puritas non vidi apud egregium autrem.

Iuuisibilis, pro non visus Theologorum est.

Irace. pro iracunde rarum est.

Irrationalis. Dialecticorū est, pro cōversationis. Irrationabilis vtitur Quintilianus. lib. 2. c. 17. Sed quia carent sermone, quæ id faciunt, muta atque irrationalia vocantur. Sic. lib. 7. c. 3. quē sequitur Lactā. lib. 2. c. 2. Verum Idem lib. 5. c. 18 animal irrationale dixit.

Irregulariter. pro præter regulam, aut præter legem, aut contra regulam. Grammaticorum est.

Iterato, pro iterum, aut rursus, dixit Iustinus lib. 5. Iterato vincuntur. Et ultra, iterato prælianuntur. Et lib. 43. Iterato petuisse.

Itineror, aris. pro iter facere. Hisp. Caminar. Apuleius non politus sane scriptor eo utitur, quem aliqui recentiores sequuntur, cum Latinissimus non occurrat.

Iubeo te, elegi intius dicitur, quam iubeo tibi, vnde Lucanus lib. II. Silentia iussit de extra. Cæsar lib. 3. belli ciuilis. Militibus suis iussit. Quintus septimus lib. 5. Dicitis Cretensis. Iubet nostris peragere coepit Cic. lib. 16. ep. 9. Me cui iussisset curatum.

Iucundor, aris. pro dare se iucunditati, vt Cic. lib. 1. offi. locutus est, sacrarum literarum interpretes evocuntur, vt ibi quotidie autem iucundabar ante faciem eius, significat. Hisp. Holgarie.

Iudicator, pro existimator aut iudex non à iudico Latini deducunt.

Iuramentum, ti. ratum est, elegantius iulfandum.

Iurista, barbarum est pro Iurisconsultus.

Iussio,

L Iussio, onis. pro iussum. i. non est admodū
receptum. Lactantio est in vñu. lib. 4. c.
15.

Iuuatio, onis. pro auxilium. Hispa. Ayuda
non deriuant Romani a iuuo, as.

DE INCIPIENTIBVS ab L.

L Abium, ij. Vñtatius est labrum. i. His.
Ellabio. Cicero posteriore semper est
vñs. Inde primoribus labris, dixit pro
Cælio, & trementibus omnino labris,
in Pisonem.

Lacticinium, ij. apud vere Romanos non
occurrit, pro lactarius seu lacteus, id
quod ex lacte confectum est. Hispa. Co
fa de leche.

Laniatio, onis. à lanio, as. non inuenitur de
ductum, pro laniatus, tus. pro ipso laniā
di actu. Hisp. Despedaçamiento. Cice.
in Tuscul. Quid igitur mihi ferarum la
niatus oberit nihil sentient? Pli. lib. ii. c.
37. ora apertiora laniatu viuentibus.

Lasciuio, uis. pro exulto, as. Hisp. Loçanear
y regozijarse, magis Poëticum quam

L

Oratorium est. Oui. li. 7. Meta. Fuga lafciuit agnus. Cicero tamen exultovtitur pro Cquentio. Exultare latitia, & triumphare gaudio coepit.

Lasso, as. pro defatigo, as. His. Canfar Poëticum est magis quam Oratorium. Oui. ep. i. Lassaret viduas pendula tela manus. Ci. pro Quintio. In quo illetot & tantos viros defatigat.

Latebra, æ. reperitur in singulari contra Grammaticos aliter docentes. Cicc. lib. 2. de legibus. Non latebra danda populo. Idem in officijs. Videant ne quaeratur latebra periusio. plura exempla inuenies apud hunc autorem Eli. lib. 10. c. 20. Pudibundus ac moerens quaerito latebra. Lege nostram annota. Syluam. Latius, a, m. pro Latinus, a, m. magis obum Poëtis quam Oratoribus est. Cic. eo nō est usus, sed posteriore.

Lauacrum, pro lauatio, onis. aut balneum rarum est.

Laureatus. legi, laureo, as. non legi.

Legista, pro loris peritus inauditum Latinis est.

Lenimen & Lenimentum. pro lenitudo, inis.

inis. Hisp. Ablandomiento o blandezas.
Lento, as, pro flecto, is. Poëtarum est. Statius Aquilei. lib. i. Nec modus aut arcus
lentare, aut fundere glandes.

Lepidule, apud Plau. in Pseudulo inuenies. Lepidulus non legi.

Leptorax, cis. Est racemus habens vuæ aci
nos minutos. Hisp. Vuas de dueña, o de
rey. Venit à λεπτός .i. minutus. & γαλξ
yo' o. acinus. Pli. li. 14. c. i. Leptoragas has
vocat.

Leuamen, inis. frequentius eo Poëta quā
Ora ores sunt vñi. Cic. semel quod lege
rim in epistolis ad Atti. est vñs pro le-
uamentum.

Libido, inis. pro voluntate & arbitrio in
bonam (quod aiunt) partem capit, nō
semper in malam. Sallust. In Catili. pro
œmio. Libidinem habebant. Iustinus
lib. 2. Quia libido regunt pro legibus ha-
bebatur. Teren. in Heau. ac. i. Sc. i. præ-
ter eius libidinem pateretur.

Licitè. pro bonis rationibus, honestis ratio-
nibus, non est ciuitate Romana donatū.

Licitor, aris, pro liceor, eris. His. Poner en
precio, non est multum frequens. Lici-

G. 3 tatio,

tatio, & licitor apud Ciceronē legūtur
Limitare. Latinū est pro præscribere, par-
tiri, & diuidere, quo vſus est Pl. lib. 17.
in initio. c. 22. V ineas limitare.

Linea, æ. pro versus. Hisp. Renglon nō est
Latinum.

Lirinum, ni. Azeyte de açucenas ex Plin.
lib. 21. c. 5. Liliūm roſæ nobilitate proxi-
mum est, & quadam agnitione vnguen-
ti oleiq; quod lirinum appellatur. Lili-
nus & liliūm, vt Antonius in ſuo lexicō
ſcribit, non legi. Dicitur & oleum lilia-
ceum. Vt Palla lib. 6. ca. 14. Vbi titulus
eft de oleo liliaceo.

Litania. ſcribendum accentu in pen. non
pronuntiandum eft letania, vt vulgus
profert. Græcū eft venit à λιτάνεια, &c.
i. ſupplicatio, aut ſuppliūm, tij. Hispa.
Proceſſion. Quę duovl̄tima latina ſunt.
Litigatio, onis. à litigo, as. non legi pro li-
gioſa diſputatio, aut concertatio, autlis,
& litigium, niſi apud Laſtan. lib. 3. ca. 8.
litigationibus furiosis.

Longæuitas, non legi. Longinquitas ætatis
vſutur Teren. in Hecy. ad. 4. Sc. 2. Vt ne
cui me a longinquitas ætatis obſtet.

Long-

Longævus, magis. Poëticum quam Oratorium. Cic. his vtitur. vir grandis natu. Homo ætate affecta. in Verrem.

Le qui ad propositum. non dicitur Latine, pro cohærentia inter se dicere. Cicer. Phil. 2. Tam autem eras excors, ut tota in Oratione tecum ipse pugnare, ut non modo non cohærentia inter se dices, sed maxime disiuncta atque contraria.

Lotio, onis. pro lotura, aut lauatio, onis. nō legi. Ibi inuenies, qui est lotus non indiget lotione.

Ludificator. pro fraudator, aut mendax, non legi.

Luxuriosus, pro libidinosus, non Latine dicitur, luxuriosus enim est in re familiari solitus, aut delicatus, nimius, superfluus, & mollis. Idem dices de luxuria significat. Hisp. Hombre vicioso, demasiado y superfluo engastos, deleytes y passatiempos.

DE INCIPIENTIBVS.

ab. M.

Maculatio. pro immundities, aut macula,
aut lues, à verbo maculo, as: non deriu-
runt Latini.

Macreo, non legi sed, macefco, cis.

Magnanimiter, dicunt aliqui, pro quo ma-
gno animo Latini vtuntur.

Maledicētia, pro maledictum aut maledi-
ctio rarum verbum est. Apud Gel. lib.
3.c.3.reperitur. Cic. Pro Cælio Maledi-
ctio nihil habet propositi.

Maledico, cis. cum dat uo, tantum signifi-
cat male de aliquo loqui, aut inaledictis
afficere. Hisp. Dezir mal. Cum accusati-
uo non legitur, non significat, vt vulgus
opinatur, id quod execror, aut deuooco
Hisp. Maldezir.

Malefactor. pro maleficus Ecclesiasti-
cum est, vt ibi, si hic non esset malefa-
ctor.

Manduco, as. pro comedo, & vescor, Lati-
num est, Suet. in Augus. c. 76. duas buc-
ceas manducauit. Plau. in Milite. ac. 2.
S. vltima. Sat ædepol scio, occi-
sam s̄epe sapere plus multe fuē, quam
manducat. Aprius lib. 3.c. 8. In qua eos
manducaturus es. Idem lib. 2.ca. 1. Cum
mandu-

manducare volueris tollas de fumo.

Manifesto.as.Suspectum verbum est.

Manipularis.pro aquilifero. His. alferez,
non est Latinum.Significat namq; mi-
litem ex aliquo manipulo.Hisp.folda-
do de alguna esquadra.

Marginalis.nō est vox Latina,' qua incau-
tē aliqui nostra tempestate vtuntur. In
annotationibus marginalibus dicētes,
pro in marginum annotationibus.

Masculinus. licet aliqui barbarum putat,
hisq; vtendum censem,masculus & viri
hs,latinissimum est autore Pli. libr. 10.
c.68. Neq; est in ijs genus masculinum,
fœmineūue. & lib.18.c. 13.genera corū
Græci prima fecere masculinum.

Matrix.cis.pro loci,locorum, aut vterus,
in quo mulieres concipiunt.His. la ma-
dre,non latinum putat Raphael Regi^o.
Matrix dicitur à Catone & Columella
gallina foetus gratia comparata.Hispa.
gallina,o otra qualquiera hembra para
criar. Medici in prima significatione
capiunt.

Mechanicus.ci.pro faber, aut opifex ope-
rum,& Mechanicus adiectiuum profa-

G 5 bri-

M

briliis rara sunt. Suetoni. in Augustin.
c.18. eo vtitur cum Iurisconsultis. vt. I.
Mechanicos. De excusa. artificū. Cod.
significat. His official d̄ qualquiera arte
Medicus. nō tantū est , qui morbos curat,
sed & qui vulneribus medicatur. Hisp.
çurujano. Quintil. lib.4.c.5. non aliter
præformidat, quam qui ferrum Medici
priusquam curetur, aspergit. Cice.lib.4.
epi.10. Et rogarem, vt cogere medicos.
Loquitur de Marcello duobus vulne-
ribus confosso. Marcus Varro lib.c. vi
mo, de re rusti. Et pueros dimisisset, vt
Medicū requireret. De quodā cultello
percusso agit.

Medietas. fugit Cic.li. de vniuersitate, pro
mediū.ij. Cui⁹ verba sunt, vt in singulis
essent bina media: vix enim audeo di-
cere medietates.

Medio. as. & Mediatrix, non sunt latina.
Lactan.lib.4.c.25. Mediator usurpat.

Melandrya. Thynnorū pulpamenta sunt
iam condita. His carne de atun en ado-
bo. Pli.li.9. c.15. Melandrya vocatur
cæsis quernis affulsi similia.

Mele. substitutiū indeclinabile significat
carmi-

cárminalia, cátiles, modulationes. His.
cátiles, o chistes. qđ inuenies apud Lu-
cre. li. 2. ibi. A Eque ac musæ a mele. i. cá-
tilenes musicas. Ibidē dixit etiā Cygneæ
mele. i. modulationes Cygnorum.

Melioras. pro meliorē facio, nefcio quis
Latinorum sit usus.

Meliorefacio. Itē in vñ habet Idiotæ pro
meliorē facere. Quint. lib. i. c. 2. Cui⁹ assi-
duus comitatus etiā illos meliores facit.

Mendū. i. Oratorū est, mēda. æ. Poëticū.
Hispl. la mentira, o la falta.

Mēfor, & Mēfurator. pro metator, decem-
pedator. Hisp. medidor de tierras, non
sunt ex latinorū vocum censura.

Mēfuro. as. pro metior. tiris. licet multi re-
centiores eo vtantur, suspiciosum est.

Mercimonium. ij. pro merx. cis. Hispl. la
mercaderia antiquum est. Cic. 7. in Ver-
rem. mercibus ademptis in vincula cō-
iectos esse mercatores. Nunquam apud
Cice. mercimonium occurrit, nec cæ-
teri quod meiminerim, præter Plaut.
apud quem est frequens.

Mereetricarius. pro meretricius, inauditum
est. Teren. in An. ac. 5. sce. 4. Ac mere-
tricōs

M

tricos amores nuptijs conglutinas. Sic
Cic. pro Cælio. Meretriciæ opes dixit.

Mingo, gis p meo non legi apud aliquē
antiquorum. Marti. Me crevis iterum
iam Palinurus eris.

Mimiratrix. pro ministra, suspectū ver-
bum est.

Minutus. Elegantius est & vñitatius minu-
tum. His p menudamente.

Miraculosus. pro portentosus, mirabilis,
Theologis & Philosophis est relinquē-
dum.

Missa. x. pro res diuina Canonistis placet.

Misericordia. pro miseria, interpretum est
non Latinorum.

Mitto tibi. non est Poëtical locutio, vt do-
cet Anto. Volscus Epistolarū Ouidij
enarrator, sed oratoria. Vt leges apud
Cicet. lib. 1. epi. 10. & lib. 2. epi. 7. & 11. &
16. & lib. 7. epi. 3. ad Atti. & haec locutio
frequens est apud Cic. in epist. ad Atti.
Pli. lib. 8. epi. 3. Librum quem nouissime
misi tibi. Idem lib. 10. epi. 75. exemplar
testamenti quam mendosum misi
tibi. Lege cætera in mea Annota. Sylua
Moëchor. aris, non est adeò elegans vt
adul-

adultero.^{as.}

Modernus. pro iunior, aut recentior, vo-
cabulū est à vulgo imperito inuentū.

Neotericus Græcum est.

Molesto. as. pro molestia afficere Iuris
fultorum est vt.l. Dedititia. C.de Dedi-
titia libertinitate toll. Nostram Rem-
pub. molestare concedatur. &c. l. vnica.
C.de thesauris benignas aures nostras
audeat molestare.

Monarchia. pro vnius dñatu Græcū est.

Monoculus. nō legi. V noculus apud Gel.
libr.3.c.ii. vidi. Maximè quod vnocu-
lus fuit.

Moralitas, nullus Latinum dixit.

Mors. tis. non caret numero multitudinis
quemadmodum Grammatici profitē-
tur. libr.2. de finibus. Præclare mortes
sunt Imperatoriæ, & in Tus. mortes op-
petitæ. Quintil. Declamat.13. Quā va-
ria lucri genera fecerint tot mortes Pli.
li.8.ep.16. Cōfecerūt me infirmitates &
in eorum mortes. Sic obseruatum repe-
ries apud Lucanum & cæteros autores,
quorū exēpla in nostra annotatio. Syl-
naleges.

Mot

M

Mortaliter. Ecclesiasticorum est pro latenter & mortiferè

Multipliciter. non legi pro multifariam,
multis modis, aut plurifariam.

Multoties. pro fæpe Canonistis non dis-
plicet.

Mundo. as. non est ita obuium, vt abster-
go, & purgo.

Mundities. ei. non ita elegans ac vñtanum
vt munditia. æ.

Multum est quod pulsata est octaua. Bar-
bara locutio est, pro iā dudum sonuit
octaua. Hi. mucho ha que dio las ocho.
Sicq; interrogabimus, quam dudufo-
nuit hora. His. quanto ha que dio la ho-
ra, respondebimus iam dudu. His. ya ra-
to ha. aut nō itadudu, vel haud dudu. Sic
cū de horis & tēpore breuiori percon-
tabimur. De annis aut mēsibus & de tē-
pore lōgiori sic interrogabimus. Quam
pridē pater mortu? His. quanto ha q̄ mu-
rio tu padre? Respondebimus iā diu, mul-
tū diuq; iā pridē, satisdiu, ya diasha. satis
multos annos. phrasēs sunt Cicer. Vel
nō pridē, nō diu, nō nimis diu. no ha mu-
cho. Locutiones bonoru autorum sunt.

Mu

Muriceps. pro sele. His. gato. nuper inuen
tum, & à sciolis sine testimonio exco
gitatum.

Murmuratio. pro vellicatione non est Ro
manum, sed pro murmure ac strepitu
apud Pli. lib. 10. c. 3.

Murmurator. non legitur, sed obtrectator
apud Cice. obuiū est. Marmuro. as. pro
murmur facere latinum est.

Mutuo. as. obsoletum est pro cōmodo. as.
lege nostrum Synta. librū ordine tertio
verborum Actiuorum.

D E I N C I P I E N T I B V S A B . N .

Natiuitas. pro ortus, aut natalis dies
apud Iurisconsultos tantum reperi,
& sacros scriptores.

Nauigator. non legi.

Necessariē. pro necessariō non ita frequēs
verbū est. Apud Cic. Sæpissime necef
fariō, raro necessariē inuenies.

Necessito. as. pro necessariō affero, nō est
ex Romano municipio.

Negatiuus. pro negans Grammaticū est.
Cice,

N

Cic. in Top. Alia quæ appellantur negantia dixit. Et quod Grammatici ad uerbia negativa, nos negantis aut negantia appellamus.

Neotericus. pro recentior, recens, aut iunior, Græcum est. Hispa. moderno, o nuceo.

Nigredo. inis. pro nigritudo aut nigrities non vidi apud idoneum autorem.

Nihil habeo ad faciendum tecum. Gothicum est pro nihil ago tecum.

Nociuus. pro nocuus. a. m. noxius, siue nocentiarum est. Apud. Pli. legi semel li. 20. c. 14. Pecori præcipue nociuam.

Nomina distributiva apud Poëtas & Historicos non distribueret tritum & celebratum est. Quod etiā apud Oratores fieri probamus. Quinti. lib. 6. c. 4. De risu. & binis coniunctis verbis. Ide. n. Quint. In eodem loco. Et diceret se iam bina millia passuum ambulare. Cice. lib. 6. ep. 1. ad Atti. Quibus de rebus propter nauigandi per binostabellariosini si Romain literas publice. Idem Cice. de perfecto Oratore. Ternæ autē sunt vtriusq; partis verborū translatum, no
num,

uuim, priscum. Ci. De somno Scipionis.
Nam cum ætas tua septenos octies an-
fractus redditusq; conuerterit.

Nomina diminutiua. iunguntur nomini-
bus adiectiuis diminutionem significan-
tibus, Quanuis aliter docet Lau. lib. 1.
c. 7. eleg. Cic. in Proœ. Parado. sed mi-
nus interrogatiunculis & quasi pun-
ctis quod proposuit, efficit. Idem Cic. e
in eodē loco. Accipies igitur hoc paruū
opusculum. Idem pro reditu ad Quiri-
tes. Marius cum parua nauicula traiecit
in Africam. Lege nostram Annotatio.
Syluan, vbi plura reperies exempla.

Non multum curo. turbas ic loquitur. La-
tinorum tamen senatus non magnope-
re labore. Ci. Pro Roscio Comedo, &
quorsum recidat responsum tuum non
magnopere labore.

Non legas, pro ne legas. Quintil. precepto
inauditum est. lib. 1. ca. 9. dicentis. Nec
non aduerbia, qui tamen dicit pro illo
ne feceris, non feceris, in idem incidat
vitium, quia alterum negandi est, alte-
rum vetandi.

Non modo, non solum, non tantum. Acci
H piuntur

piuntur pro nedium. Pli.lib.9.c.2.Rerū quidem non solum animalium simulachra inesse. Idem in Proce.Natu.Hist. quæ volumina eius ediscenda, non modo in manibus habenda quotidie nosti. Idem lib.7.c.24.Cum res inter rusticos geratur literarumq; expers non modo syderum.Cic.lib.2.Acade.questio. Per me vel stertas licet, inquit Carneadesnō modo quiccas.cetera lege in nostra Annota.Sylua.

Non scire, Aliquis videtur elegantius dici, nescire. Ciceronem tamen locutionē reprehendisse putantes. Cum lōge mea quidem sententia ab ipsa veritate, sint deuij.Cic.nanque in Oratore, ita ait, Nō scire quidem barbarum iam videtur, nescire dulciss. Cice. ibi non assuerat esse locutionem illam barbaram, sed ait videri quibusdam. Quod sic esse Plauti, & Terentij autoritate confirmatur. Cum tertio fere verbo sic loquantur, ut in nostra Annota.Sylua.docuimus. Plautinę & Terentianę locutiones non sunt exemplodendz. Idem etiam Cic.cum eis dicit, non volo, non quo.

Non

Non ut homo fecisti. Ciceroniano more dicitur inhumaniter fecisti, aut inhumane. Cic. lib. 3. offi. Nam si quid ab homine ad nullam partem vili, utilitatis tuae causa detraxeris, inhumane feceris, contraq; naturae legem. Idem Ad. Q. Fratrem, li. 3. ep. 1. non possum scribere, me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse. Nostro medio. Dicunt aliqui, pro quo Latinus per me aut per nos. Plinius Junior ad Traianum. impetrandumq; à bonitate tua per nos habet. His. Por mi medio siendo yo el entreuenidor,

Nubilosus. pro nubilus, a, m. testem non habeo.

Nullatenus. pro non, nunquam Latini eos sunt vsi, Canonis tis relinquendum.

Nullibi. pro nusquam, aut nullo loco, inauditum est auctore Valla. Cice. lib. 2. Ad Atti. Nullo loco defui, dixit. & 1^o. 14. nullo loco deero.

Nutritius. substantium pro nutritor, oris. Hisp. El amo que cria a alguno, non legi, sed nutritus, a, m. adiectuum.

DE INCIPIENTIBVS ab O.

Oblector, aris; Deponens. Cice. semel
quod legerim eo est usus. lib. 2. ep. 15.
ad Q. Frat. oblecto est frequens.

Oblique. Hisp. Torcidamente, tuertamen-
te ex Sene. lib. 1. c. 13. natu. quæstio. Ex
percussu oblique accepto.

Obliuium, iij. pro obliuione, Poëticum est
Et non legitur, nisi in nominatio, & ac-
cusatio multitudinis.

Obseruandissimus. si l. atine loqui libet,
dic obseruantissimus. Cice. lib. 13. ep. 5.
obseruantissimum studiosissimumque
nostrum.

Obseruator, oris. non legi, pro explora-
tor.

Obseruanter. Dixit pro obseruantia, aut
reperenter Lactan. lib. 5. ca. 20. neq; ex
animo nec obseruanter accedat.

Obseruo, as. pro custodio, aut seruo, barba-
rum est, Nâ significat id, quod insidior,
animaduerto. Et vt ait Vallalib. 4. c. 3.
Id quod custodire oculis animoque in-
modum speculatoris. Hispa. Acechar o
aguardar. ita Terent. in An. ac. 1. Sc. 1. ob-
seruas filium quid agas?

Obstrictus, us. pro compressio, onis. dixit
Sene.

Sene.lib.5.c.14.naturalium quæstiō. Ac
cendat flanīmām conſtrictū ſuo necēſe
eft.Hisp.Apretamiento.

Obsidium,ij.non eſt ita elegās,vt obsidio,
onis.

Obtenebro, as. pro obſcuro', ſuſpectum
puto.

Obuiio,as.non eſt ita frequens,vt occurro,
is.aut eo obuius,aut obuius ſum, Vege-
tius lib.3.c.6.& Palladius lib.1.ca.35.eo
vtuntur.

Obuiatio,onis.pro occurſatio,onis, etiam
infrequens eſt.

Octophoruim. Lēctica quæ ab octo ſeruis
portabatur.Hisp.Angarillas, ex Sueto.
in Caligu.c.48.Interdum adeo ſegniter
& delicate incessit,vt octophoro vehe-
retur. Martial.lib. 6. Octophoro ſanus
portatur Auite Philippus.Et ex Cic.ad
Q.Fratr.lib.2.ep. 2.& in Verrem.

Occurſio,nis.pro occurſus,us.vel occurſa-
tio,onis.non legi.

Odibilis. pro odiosus rārum verbum eſt,
Sene.eo vtitur.lib.de quatuor virtuti-
bus.c.de cōtinentia.Odibilem quoque
homine in facit riſus.

Odoramen, & odorsmenorum, pro odor,
aut odoratus, non sunt multu frequentia.
Offensibilis. Laetatio lib. 4. c. 26. est in
usu, alijs non item.

Officialis, i.e. quod de officio agit, vel tra-
ctat Laftan. li. 6. c. 11. Quod Marcus Tul-
lius in suis officialibus libris.

Omni fariam. pro omnibus modis Gellia-
num est lib. 12. c. 13.

Omnimodus. pro cuiuscunq; modi. Voca-
bula sunt inuenta à Gothis.

Omnimodis. aduerbum. His. En todas ma-
neras Lucretio familiare est.

Omnimodè. aduerbum Lucre. lib. 2. est
vhus. Hisp. De todo punto o totalmēte.

Omnis. negat Lau. lib. 1. c. 14. Elegan. iungi
superlativo, quem falli, ex his exemplis
à me citatis manifestum erit. Cic. in Ver-
tem. 28. 6. Omnia auarissimorum in-
fanias cum Româ reuertisset, expleret.
Idem pro Lucio Flacco. Ipse omnibus
turpissimis iudicijs conuictus est. Idem
lib. 3. de natu. Deo, ne in regnis quidem
regis omnia minima curant. Idem pro
Cecinna. Omnibus antiquissimis ciui-
bus possit. Idem lib. 5. ep. 8. quam ob-
rem

rem velim ad me scribas de omnibus minimis maximis. Idem lib. 3, ep. 1. ad. Q.
Frat. Quod omnia minima maxima ad Cæsarem mitti, sciebam. Plura testimonia in nostra annota. Sylua. leges.

Operæ pretium. duæ sunt dictiones, significant quod merces aut premium laboris, pretium enim pro mercede aut premio capit, opere pro labore, significat vtile & fructuosum, cosa prouechofa o cosa digna detrabajo. Inuenitur etiā in multitudinis numero, & cum alioverbo à sum, es, fui, quāuis aliqui aliter profiteantur. Titus Liuius lib. 21. Tēpus est iam, opulenta vos ac ditia stipendia facere, & magna operæ pretia mereri. Iūgitur etiam cum hoc verbo habeo. Idē lib. 25. operæ pretium habent libertatē, ciuitatēq; Adh̄eret verbo facio, Titus Li. sic exortus. Factur⁹ ne opere pretiū sim. Cetera pleni⁹ in nřa anno. Syl. inuenies.

Opprobro, as. pro probrum infero, non est frequens.

Ordinō, as. disponere sign. His. Ordenar, oponer en orden. Non est sacris initiari. Hisp. Ordenarse de alguna orden, deco rona, grados, cpiſtola, cuágelio o missa.

Oscitabundis.pro oscitans, aut negligens
non legi apud probatum autorem.
Ostensio, non legitur apud autores Clas-
ficos.

DE INCIPIENTIBVS à litera. P.

Pacificè. pro cum pace, pacate. Hispan.
Apaziguadamente , o pacificamente,
non legi.

Palliditas. pro pallor, oris. Hispa. Ama-
rillez.

Pango, is. pro canto, tas . aut cano, is. a-
pud sacros scripto res inuenio . Seruius
lib.8. Aenei. Ibi Tentamentum pepi-
gi, scribit, nūnquam lectum esse pepi-
gi à pango, pro pacifcor, ceris, pepigi,
paetus um. Quintil. testatur à verbo
antiquo pago, pepigi descendere, quod
pacifcor significat, quo Cic.lib.2.adHe-
ren. vtitur. Rem vbi pagunt oratione
pagunt, pro scribo , ac planto inue-
nies.

Papilio, onis. pro tentorium eo recentio-
res respolt Vegetum lib.2.c.13.sunt vfi.

Para-

Paradisus.pro sedes, aut locus piorū, aut sedes, & domus æterna, Ecclesiasticorū est bene ex Græco sumptū παράδει-
σος enim illis, ortus est.

Parcitas.pro parsimonia. Hisp. templan-
za en el gastar, y en las otras cosas, non
legi apud Latinos antiquos.

Paroxysmus.pro commotiuncula, rehta-
tio. Hisp. fatiga que tiene el enfermo cō
la calentura. Medicorum est ex Græco
rectè deductum illi παρογόξυμός id est.
incitatio, exacerbatio. Accessio voca-
tur à Cornelio Celso. libr. 3. c. 17. Cibus
post accessionis tempus est dandus. &
c. 18. Interdum in accessione ægros dé-
sipere.

Particularis.pro singularis & præcipuis,
Latinissimi eo non gaudent, apud Phi-
losophos & Theologos obuium est.

Particulariter.pro particulatim & præci-
puè Latini non admittunt.

Paruificare.pro paruifacere non est Ro-
manum.

Passio.onis.pro affectio animi, aut motus
animi, Philosophorum est, ut ab assue-
tis non sit passio. Sene. lib. 2. c. 40. natu.

H 5 quæstio.

quæstio. Et sic passiones eorū deberē di-
tudi. Quod nō est Lactā.lib.2.c.6. asper-
natus. Quo recte Ecclesiastici pro cruce
dñi usurpat. vt Lactan.lib.4.c.12.

Passiuus.a.m. Grammaticorum verbum
est.

Passum scripturæ. Barbari dicunt pro-
locus scripturæ. Terent. in Prologo
Adelphorum. Eum Plautus locum reli-
quit integrum.

Pathicus.ci. pro puer meritarius obsole-
tum est.

Patriota.&. Patriare.nec digna sunt quæ
proferātur. Gothicæ prorsus inueniuntur
Pauefacio.non legi, pauefio legitur.

Psuperies. magis poëticum est, quā Orato-
riu. Hora.lib.1.ep.1. per mare pauperiē
fugiens, paupertas poëticum & Orato-
rium est.

Peculor.aris. pro peculatum facere. Hisp.
robar el dinero del rey, o de algun arca
publica Iurisconsultorū est. peculatus
apud Cice. sape.

Pellucidus.Hisp. cosa que se trafluze, po-
tius perlucidus scribes.

Pennarium. lege calamarium.

pen-

pensionarius. pro vētigalis. Lauren. Val. in Rauden sem putat verbum non Romanum esse pensio. onis. frequens vētum est apud Cice.

perdurabilis. pro æternus barbarum est.

peremptorius. a. m. pro die statim dictus à prætore, Iurisconsultorum est. vt. l. Et tertiu. ff. de Iudicijs. Quibus propositis tunc peremptorium impetrat. Sic dictus (Vlpiano ibidem ceste) quod disceptationem perimat, nec patiatur aduersarium ultra tergiuersari.

perfectrix. legitur apud Lactan. lib. 3. c. 15. perferentia. æ. & perlatio dixit Lactan. li.

3. c. 11. & lib. 3. c. 25. pro tolerantia, perpessio, patientia. His. suffimiento.

periuro. as. nō legitur, sed peiero: quanuis periurus & petiutum legamus. & deuero apud plau. in Cassi. & Rudenti.

perparū nō obuia est vox, perpaulū. vtif Cic. lib. 1. de finib. & perpaulū. li. 2. de Orato. & perauxillium. p̄fut. in Captiuis.

perpendiculariter. pro ad perpendicularū, ad lineam, rectis lineis. His. derechamente, Geometrarum est.

per

Persuasori.s.non legi, sed in hac significatione autor.oris.

Phantaſticuſ pro imaginariuſ usurpat Latinan.lib.7.c.22.in titulo.

Pharmacotheca pro myropoliū. His la-
botica dondeſe vndē venden vnguētos olo-
roſos, Neotericū pūto & nuper domi
noſtræ excogitatū.

Phlegma.tis. pro pituita Græcum eſt, &
Phlegmaticus, pro pituitofus.

Physiognōmuſ.i.Cic. de fato. Physiogno-
mon inclinat. Physiognomonis. Græ-
ce.

Pietas.tis. pro misericordia non legi, ſed
pro amore, bonitate, charitate, religio-
ne, cultu, & obſeruantia in Deum.

Pigmentariuſ.ij. pro vnguentariuſ nō le-
gitur apud proceres illos Latinifermo-
niſ, nec adiectiuſ pigmentariuſ. a. m.

Pinguedo & Pinguitudo, non eſſe Latina
cēſet Seruius lib.2. Georg. ibi denoſ di-
ſtendere pingui, quod quidem miran-
dum eſt, cū ſint voceſ ſatiſ obuię apud
Pliniū, Varronem Columellā & Quin-
tilianum. Vnde ſuſpicor verba illa ab
aliquo amuſo ibi inferta eſſe.

Pincer

Pincerna. æ. aut pocillator. oris. pro eo
qui vina regi aut principi aut domino
suo ministrat. His. gentilhombre, o pa-
je de copa. non memini legisse. ego po-
tius ministrans pocula dicerem. Vt Ci-
ce. libr. i. Tuscu. Non enim Ambrosia
Deus, aut nectare aut iuuentute pocula
ministrante lätari arbitror. Aut mini-
ster poculi. Vt idem pro Clientio di-
xit. Ministri publici Martis, sic dicamus:
minister poculi. pocillator apud Apu-
leum leges. Et pincerna in sacris.

Pinnaculum. li. pro fastigium tépli non-
dum apud autorem antiquum legi. His.
el chapitel de la yglesia. Iulius obse-
quens de prodigijs. Fastigia templorū
aliquot à culmine abrupta esse dissipar-
uit. In sacris inuenitui.

Piscatio. non reperi, sed piscatus. tus.

Pistor dulciarius. qui cupedias & alia gule
irritamenta vendit ex Martiali. lib. 14.
in fi. Hispa. confitero, o melcochero.

Placiditas. tis. Gellius & Lactatius eo vtū
tur, Ille lib. 13. c. 21. Hic li. 6. c. 15. lenitas,
Clementia, benignitas, placabilitas, &
alia huiusmodi Ciceroniana sunt.

Planeta.

planeta.tz. Astrologorum verbū est, pro
stella errans, aut vagans, aut sydus errās,
aut astrum tri.

planitudo.pro planities aut æquor. Hisp.
Planura non est obuium.

planto.tas. pro ferere arbores. Hisp. plan
tar. non est valde frequens.

podager.pro podagrofus, aut podagricus
non est frequens.

polities aut politia.pro politura, elegātia,
aut nitor. Hispa. policia, inuentum ver
bū est à nō stris Latini sermonis reper
toribus, qui nimia perniciacia ac temeri
tate sibi nomina fingunt. Vnde Ange
lus Decembritus barbare suum opus de
politia literaria inscripsit. pli. lib. II. ca.
24. quadā politura artis dixit, nō poli
tia. Et idē infra.ad polituram sarciens.

pollutio.onis.pro corruptio, aut corrupte
lia, aut violatio, non legi apud autores
probatos.

populofus.a.m.pro frequens. Hispa. cosa
poblada barbarum est.

possibilis.le.non est nimis visitatum. Quin
ti. eo vtitur lib. 3. c. 8. & plau. in Sticho.
Non est Ciceronianum, pro quo po
test

tést fieri scribit.
possibilitas. pro facultas, tis. omnino est
Gothicum.

prædicator. pro concionator. Hispa. pre-
dicador, Theologorum est, nam pro-
priè est laudator, commendator gesto
rum alicuius. Vnde Cice. pro Cornel.
Balbo. Et prædicatorem & autorem di-
xit. & lib. i. ep. 9. prædicatore & teste.
præfiguratio.onis. in Lactan. lib. 7. c. 15. in
uenies.

præfoco. as. pro vocem includere. rarum
est. Hisp. ahogar. eo vtitur. Oui. in Ibin,
præfocent animæ Gnosia mella viam.
præsepium. ij. Apule li. 6. Meta. & Laclā.
lib. 4. c. ii. & asinus præsepium domini
sui. Alij Latini præsepe. pis, sunt vñi.

præstare copiam. nō dicitur, sed facere co-
piam, aut dare facultatem, lege dare co-
piam.

præsto non semper iungitur verbo subflā-
tiuo, vt Grammatici docent, secuti Lau-
rentiū in pogium. lib. 3. Antidot. & lib.
1. Dialogi. & Sy pontinū in arte Grāma-
tica. C. li. 4. ad Herē. Vix hæc dixerat
cū Ecce iste præsto, sedes inquit audax?

Teren.

Teren. in And.ac. 2.sc. 5. Ipsum adeò
 à præsto video. Tibullus li. 1. Eleg. 5. præ-
 sto pauper ad ibit primus. Plau. in Mi-
 lite. ac. 4. sc. 6. & sic in Mercato. ac. 2. sc.
 2. Hircius lib. 5. de bel. Afri. vt suis for-
 tunis præsto, quod meriti essent auxi-
 lum ferrent. Lege meam Annotatio.
 Syluam.

Prætextus. tus. non est ita frequens, vt spe-
 cies, similitudo.

Præuaricor. aris. est à fulco declinare. Hi-
 spas falir del fulco. Pli. lib. 16. c. 19. Ara-
 tor nisi incuruus præuaricatur.

Prauissimus. a. m. pro pessimus. a. m. non
 est ciuitate Romana donatum, Bo Græ:
 corum interpretes vtuntur.

Pressura. 2. pro angustia non est Latinū,
 sed Ecclesiasticum. Cæterum pro vua-
 rum pressione capitur. Vt fit in torcu-
 laribus. Hisp. apretamiento, o estrecha-
 miento. Sene. lib. 2. c. 6. Natu. quæstio.
 Et ea quæ aliqua pressura maiorem so-
 nitum reddunt. Pli. li. 18. c. 31. Pressura
 vna culeos viginti implere debet. Co-
 lu. libr. 12. c. 36. Multum tortium est,
 quod post primam pressuram vinaceo-
 rum

rum circunciso pede exprimitur. His, pisa, est id quod depresso. Hisp. abaxa miēto, o lo baxo de alguna cosa. ut apud Frontinum lib. i. de aquæ ductibus, Alia leuiore pressura coguntur.

Principalis. Aliqui putant vocabulum esse non satis Latinum, cum apud Cicer. lib. de fato. inueniatur. Cum dicat. Causarum alie sunt perfectæ & principales. Idem. Infra. Causis perfectis & principalibus. Idem in eodē, Verum nō principalibus & perfectis. Idem ibidem, Si omnia perfectis & principalibus causis fieri diceremus. & infra. Non dicent perfectas neque principales. & paulò post. Tamen cum id vīsum proximam causam habeat non principalem. Non meritō igitur dubitat Georgius Meruda in Galeotum, principalis latine dicitur. Omnitto Quintilianum, Suetoniū, vtrunq; Pliniū, qui eo libenter vtūtūr. Principaliter. pro præsertim, præcipue non est valde vīstatum.

Priuatius. pro priuās Philosophorū est.

Probiter. pro probe rarum est.

Proceriter. pro pcere, inuentū ab amusis.

I Pro,

Prodigalitas.tis. pro effusio & profusio.
Hisp.perdicion,y gasto demasiado.
prodigaliter.pro prodige.Hisp. gastado-
ramente,costosamente,inuentum nu-
per est.

prodigentia.z. non legi nisi apud Tati.
lib.13.

proditas antiquum & obsoletum est.
proficio.is.Significat tam sibi quam alteri
prodeesse,quauis Lau.in Rauden.id ne-
get.vt apud pli.lib.28.c.17.&c.18.&c lib.
31.c.11.& lib.32.c.9.&c.20.

Proficuus.pro vtile,commodum,non est
in codicibus latiniis obuium.

Profunditas.tis.pro crassitudo.idis,no est
admodum castum.

Prolongo,as. protraho,differo,produco.
Hisp.alargar.barbarum est.

Pro mea virili,aut pro virili,sine substanti-
uo parte,non memini legisse.

Pronosticor.aris.Astrologorum est pro
auguror,diuino.as.aut præfigio & præ-
dico.cis.Ci.in amici.No libet augurari.
Pronosticum.pro diuinatione corundem
est.

Propalo.as.pro propago.as.dilato.as.Hi-
spa.

spa. ensanchar, non est Latinum.

Propteranter. pro propere, properantि se
stinatione. His. prestamēte, obsoletū est
Proportionaliter, p rata portione, æquis
partibus philosophicum est.

Pro qualitate temporis. rei. aut loci dicūt
aliqui & rusticè, pro quo Latini enuin
cāt pro tēpore, pro re, pro loco. Verg.
egl. 7. Nunc te marmoreum pro tem
pore fecim⁹. Sallustius, ipse pro re, pau
latim procedere, sic dicimus Pro op
ibus, id est secundum facultatem opum.

Prosapia. piæ. Antiquum ac obsoletum
verbum esse asseuerant Cice. libr. I. de
Vniuersi. ac. Quintil. lib. I. c. II. & lib. 18.
c. 3. inuenies apud Plau. & Catone. Pro
ger, ies dicitur vſitare. Eo etiā vt. f Mar
ti. Capella. lib. 7. in principio, & Messa
la Coruin⁹ orator. li. de progenie Octa
uiani Augusti. Inquiēs, & tuꝝ verutissi
mē gētis spapiā. & Sue. Trā. in Galba. c. 2
Prostibulū. li. Ecclesia sticū est pro ganeū,
ci, aut lupanar, non legi apud nomina
tum autorem.

Proteruia. x. pro proteruitas. tis. Hisp. def
uerguençā, rarum est.

Pro viribus & posse, aiunt aliqui, pro eo
q̄ latini dicūt, pro virili parte, summa
ope. Vt Salustianū illud, summa ope
nisi decet. & apud Cice. & Terent. quā
tum possum.

Prouisor. pro eo qui prouidet, & vicarius
est, aut adiutor episcopi, aut alicui^e præ
fidis nouitius verbum.

Proximior. barbare formatur compara-
tiuum à Caio Jutis consulo in. l. Adeò
equidem. s. Insula. ff. de acquirendo re-
rum dominio. Quod si alteri parti pro-
ximior sit. Proximior fixit compara-
tiuum à superlativo proximus, cum de-
bet dici propior.

Puriter. pro pure nō est admodū frequēs.
Pusillanimitas. pro anim^e pusillus, aut ani-
muis angustus, invenitum nuper est.

Pusillanimiter, pro timido animo, aut de-
misso, fracto, ex eadem officina prodijt.

Pusillanimus. aut pusillanimis, pro habēs
parum animi, aut qui est mentis angu-
stæ, & humiliis, aut angusti animi, aut pu-
sillanimi rusticum eit. Cicer. lib. secun-
do. epi. 18. ad Caninum. Illud est pusil-
li animi.

DE INCIPIENTIBVS

à litera. Q.

Quadratum tū. Substantium pro qua
drum. drī. non legitur nisi apud
Geometras. Cice. in Orato. in quadrum
redigas. dixit.

Qua malavaletudine. aut ægrotatione. aut
inualetudine laborat frater. pro quo
morio. malo. vitio.

Quasso. as. pro retracto. as. Hispa. dar por
ninguno. Barbarum est. Pli. lib. 10. epi.
ro. in fi. Sicut largitiones ex publico fie
ri mandata prohibent. ita ne multorum
seueritas subruat factas. ante aliquantū
temporis retractari. atq; in irritum ven
dicare non oportet.

Quis vel qui. quando ponitur inter duo
substantia appellativa. utriusque posse
referri. docent Grammatici. Nos verò
elegatius cōuenire cū sequenti quā cū
antecedēti. profitemur. quod hisce exē
plis manifestū fiet. Cic. in somnio. Sci
pionis. Nihil est enim illi principi deo,
qui omnē hunc mundū regit. quod qui
dē in terris fiat acceptius. quā concilia,

Qcœtuſq; hominū quæ ciuitates appellātur. Idē Cic. In eodem Scipionis loco. Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ Sydera & ſtellas vocatis. Idē Ci. in eodē. Homines enim ſunt hac lege generati, qui cuerentur illuſtribū quæ in hoc tēplo mediū vides, quæ terra dicitur. Idē Cic. lib. i. de legib. Animal plenum rationis & conſilij, quæ vocationis hominē. Idē Cic. in Parad. i. Qui bus tandem gradibus Romulus in cælū ascendit, his ne quæ iſti appellat bona? Idē Cic. pro Sæfio. Tu domicilia cœli ſta quas urbes diciuntur. Quintilia. accentus, quas Græci profodias vocant.

Quis vel qui. Doctissimus Antonius Neb. Lib. 4. c. 16. ait. Si quis vel qui ponitur inter duo ſubſtantia, quorum alterū eſt proprium, ſemper ad illud eſt referendum, quod non ſemper ad illud ſit referendum, hinc patet. Cicer. li. 2. de Na- tu. Deo. Proprius à terra Iouis ſtella fer- tur, quæ Phaethō dicitur. Idē Phil. i. Cū autē me ex Sicilia ad Leucopetrā quod eſt promotoriū agri Regini veti tulif- fent. Pli. li. 31. c. 4. peditur certè in Cre-

ta, expugnato oppido qđ vocatur Arcadia, cessasse fontes. Tit. Li. Hercules sacrificiū fecit in eo loco, quē Pyrā appellat. Pópo. Mela. ab eo flūmine qđ Saliā appellat. Cic. in som. Scipi. quod Oceanum appellatis in terris, conuenit & refert antecedens mare.

DE INCIPIENTIBVS

à litera. R.

R Amentū sutoriū. Vide quid sit apud Celsum. li. 5. c. 6. Raspa de cuero. Rarè, rarēter, pro raro verba rara sunt. Ratifico. as. pro ratū facere, aut ratū habere, ex aliquo pistrino prodijt.

Rationabiliter. pro probabiliter; certa ratione, probabili ratione, excogitatū à re pertoribus imperitis est.

Raucesco. cis. non legi apud idoneum auctorem, pro raucus sio. Hispa. enronqueſſerſe,

Rebellis. le. pro re quæ rebellat vel qui à Repub. deficit. His. cosa qđ se amotina y leuanta contra el rey, o republica. Non dū mihi (quod meminerim) obuiū fuit.

Recapitularę, & recapitulatio. pro pero-

I 4 rare,

R

- rare, & peroratio, & enumeratio Grece
 ἀνακαιφαλδιωσις nō adeo recepta sunt.
Recelator.oris.pro receptor.oris.Hispa,
 encubridor Scythicum est.
Reddere tristem.lege facere tristem.
Redditus.tus.pro vestigal.lis fructus.tus.
 Hisp.renta.non est frequens.
Redundo.as.non regit gentium sed ablati-
 um:quod autem Antonius in primo
 verborum ordine posuit, caret exem-
 plo.
Reduplico.as.pro conduplico.as, ne vta-
 ris, non habens bonorum exemplum
 quod sequaris.
Refocillo.as.pro reficio.cis.rarū est. His.
 recrear.
Regificē,antiquum est,regie usus est.Cic.
 Hisp.realmente.
Registrum seu Regestrum non legi apud
 antiquum aliquem.Cic.3.in Verrem.
 literas publicas vocat,in literas publi-
 cas retulit,inquit. Regellum latina
 vox est quando significat terram ēfulco
 egestam,quæ in altiori fulci parte ma-
 net,qua Colu.vti.Budę.putat posse di-
 ci in prima significatione. V opificē q tā
 tum

tum in historia est credendus, registris
scribarum dixit.
Regulariter. pro ad regulam. Hisp. Regu-
larmente; aut secundum normam, aut le-
gem Grammaticorum est.

Relatius, pro cadens sub eadem ratione
Grammaticum verbum est.

Relector, toris. His. Repetidor nouum est
Cice.lib. 9.ep. 48. Hypodidascalus uti-
tur. Alij coadiutorem, submagistrum, sup
primarium, submonitorem appellant
nous nominibus & ab eis excogitatis.

Repulso, onis. non legi pro repulsius, us.
aut repulsa, æ.

Repurgatio. pro purgatio, aut purgamen-
tum non legi nisi apud recentiores Iu-
risconsultos.

Repurgium, ij. pro purgatione seu purga-
mento Iurisconsultorum est, vt. l. Aqua-
rum. Cod. de aquæ duilibus. Repurgiū
formarum facere non current.

Reputatio, onis. est id quod contemplatio,
imaginatio & considerantia. Pli.lib. 7.c.
12. Similitudinem quidem in mente re-
putatio est. & li. 10.c. 37. Harum volatus
in reputationem cæterarum quoq; vo-

R

lucrum nos impellit. Nō est idem quod existimatio. His. La reputaciō y estima. Refano, as. non memini legere nisi apud Lactan.lib.5.cap.23. oinnes qui refanati fuerunt.

Res mobiles, pro supellex, lis. Iurisconsul torum est. Hor.li.i.Saty.6. viliſ cum pa tera guttus campana supellex.

Restauro, as. cīgantius est restituo, reficio His. Reparar.

Retiſtis. inuſitatum est pro irretio, illa queo, as.

Retributio, onis. viurpat Lactan.lib.6.c.18 quæ retributio contumelia.

Reuelo, as. pro indico, detego, profero ra rum est.

Reuerbero, as. pro repercusio non legitur.

Reuerberatus apud Sene.lib.4.c.8. na quæſt. vidi. Ita reuerberat⁹ in ſe recurrit.

Reuerberatio. pro repercusſus, us. est vul giv verbum ac Philosophorum.

Reuolutio, onis. pro cōuerſio aut circulus & ambitus anni Astrologorum est.

Ridicularis, le. pro ridicularius, aut iocula ris inuſitatum.

Ridiculus. pro ridibundus aut valde ri dens

dens ne vtaris.

Rigurofitas,tis.pro scueritas , tis.non est Latinum.

Ringo,gis.non inuenio,sed ringor,eris.
Hif.Renir.

Risibilis,le.pro qui potest ridere,Dialecticorum est.

Robuste.pro neruose & fortiter,inuētum à recentioribus est.

Roratio,onis.non est ipse rorandi , aut affergendi actus (vt putant aliqui in suis lexicis)sed est morbus in vite, cum deflorescens irrorat , vt tradit Theophrastas.lib.4.c.16.planetarum. Quod vitiū quare fiat tradit idem Theophrastus li.5.c.3.de causis Planetarum.

Rubedo,inis.pro rubor,oris, non reperi apud idoneum autorem.

Rubeus,a,m.pro ruber, bra, brum. aut rubens.Hif.Colorado,suspectū verbū est. oēs Latini clamātesvbī rubeo inuenitur aut rubeos legi deberi rubro.aut rubros Inter quos est Hermolaus ille Barbarus variæ reconditæque eruditio[n]is.

Ruditas,tis,p ingenij infirmitas & stupor.
Hi.Rudez.vox cū tēpore Gothicō nata.

DE

DE INCIPIENTIBVS

à litera. S.

SAEPe, s̄epiū. Nuper ex Barbaiorū officina prodijt, prōnimium s̄ape : Cice. lib. 2. De finib⁹. Vel potius nimium s̄ape. Idē. lib. 1. De Inuentio. S̄ape & multum, pro eodem est vſus inquiens, s̄ape & multum hoc mecum cogitaui.

Sagēna, x. non æque vſitatum à Latinis vt rete, tis. est omnino Græcum, illi sic. σαγένη, οσ.

Sagitto, as. pro configere sagittis non recipitur. Hisp. A saetear. Cic. lib. 4. Acade quæst. Cum vt Eriflhei filios ita suos cōfigebat sagittis. obuium est hoc verbum apud Cice. dicitur & spiculum torque-re. Virg. Egl. 10. spiculat orquebat Licio Gordynia cornu. Vnde & sagittator, pro sagittarius barbarum item est. Hisp. Bellistro oſlechero.

Salarium, i. pro merces, p̄mūm, raruim est.

Salvatus, tus. legi apud Lini lib. 1. ab vrbe cond. Et Lactan. lib. 1. ca. 21. Saltatu tripu-diant.

Saluo,

Saluo, as. tarum est, pro libero, seruo, semel
eo vtitur Cic. in Pisonem. Me posse ite-
rum Rempub. saluare.

Saluator, oris. non receptum est à Latinis
illis antiquis, pro eo qui salutem dedit.
Cic. in Verrem. Cum non solum patro-
num illius insulæ sed etiam σωτῆρα scri-
ptum vidi Syracusis. Hoc quantum est?
ita magnum ut Latine vno verbo expri-
mi nō possit, is est nimirum σωτῆρ qui
salutem dedit. Laetan. frequenter eo vñsur-
pat, cum diuo Hieronymo cæterisque
ecclesiasticis scriptoribus & bene. Pli.
& Liuius Seruator sunt vñsi.

Saluum conductum. non recte dicitur pro
fides publica. Sallust. comes eius qui Ro-
mam fide publica venerat. Hispa. Dici-
tur saluo conduto, o seguro o seguridad
Liuius, ipsi se ituros professi sunt, fide
accepta à legatis vim affutaram.

Sanè. pro salubriter. Hisp. Sanamente, nō
legi, nisi quando est aduerbiū affir-
mantis pro certè.

Sapidus, pro conditus, & res saporis iūcun-
di. Hisp. Cosa sabrosa, in elegantium of-
ficina non inuenitur.

Saua-

S

Sauarium,i.pannus lineus asper, quo in co-
quinis ad vasa abftergenda & carnes exi-
candas coqui vtuntur.Hif. Trapo o pa-
ño de lino:ex Apitio lib.6.ca. 5.&.6. &
lib.7.c.6.à Græca voce. σαβαρόν.

Scabrositas,tis.pro scabritia,æ. Hif. Aspe-
reza non admittimus.

Scachus,i.pro calculus.Hif.Eltrebejo con
que se juega al axedrez non legi apud
Romanum aliquem antiquum. Martia
lis.Calculus hic gemino discolor hoste
perit,idem est latro, & latrunculus.

Scarifico,as.fcal pello refecare. Hifp. Sajar
ex Pli.lib.32.ca. 7. Dentium dolores se-
dantur,osibus draconis marini scarifi-
catis gingivis.

Scholaſticus,ci.vox Latina est,quam inue-
nies apud Pli.Iun.lib.2.ep.3.& lib.1.ep.
2.4.& Quintil.lib.7.&c.4.c.2.

Scholaris,non est ita Latinum pro Schola-
ſticus,nur e sit ſubtantiuin,nunc adie-
ctiuum,ego faltem apud autorem opti-
mum nou inuenio.

Scibilis non legitur,pro quod non potest
ſcribi.

Scribo tibi.Latine dicitur ,vt scribo ad te
Cice.

Cicē. lib. 15. ep. i. De Antonio iam anteā tibi scripsi. Idem lib. 3. ep. 15. ad primam tibi hoc scribo. Idem lib. ii. ep. ii. scripsi tibi quæ hic gererentur. Et sic alijs in locis s̄apissime apud hunc auctorem.

Secrete. non legitur, sed secreto aduerbiū.
His. Secretamente. Iuue. Quis fercula decem secreto coenauit auus. apud Cic. frequentissimum est.

Secundum quod. pro vt. Hisp. Segun que.
Quintil. lib. 4. c. i. pro vt asperi, leues, iucundi. Horat. lib. 2. Saty. Vernaſque pro caces pasco libatis dapibus, pro vt cuiq; libido est. ita lē, es apud Cicer. & reliquos.

Sedule. rarissimum est pro sedulo, quo vti tur Colu. lib. 9. c. 9. Semper quidem custos sedule circuire debet aluearia. Ciceronianum est sedulo. Pro Cluētio. Hoc quanquam sedulo faciebat.

Sensibilis. rarum verbum, apud antiquos non legisse memini.

Separatio. pro diſsidium, diuortium rarū est.

Septimana, & non inuenio apud proceres Lati-

Latinos. Hebdomada dixit Cice.lib. 19.
ep.9. Ne in quartani hebdomadam in-
cideres.

Seruitor, & seruiens. inaudita sunt pro mi-
nister.

Seta, æ. pro linea piscatoria. Hisp. Sedal. nō
legi. Pli.lib. 24.c.9. cum ex ea linea pi-
scatoria apud eos factitari docuerim.

Significantia, æ. pro significatio dixit La-
etan.lib. 4.c.26.

Significatum, ti. pro significatus, tus. aut si-
gnificatio, onis. non inuenio in genere
neutro nisi à Grammaticis prolatum.

Silatam, ti. pro ientaculo autore Festo ve-
teres dixerunt. Vendit ientacula pistor
Martialis dixit.

Similissimus. Barbarum est, quanvis aliqui
id non refugiant.

Sylloginus, pro ratio aut ratiocinatio nō
tantū Dialecticorum est. Quinti, enim
eo li. 3.c.7. & li. 1.c.7. vtitur.

Syllogizo, pro ratiocinor, aris. aliqui per
peram dixerunt.

Symmetria, æ. est proportio & cōmensu-
ratio, cuius verbi non est Latinum no-
men quo interpretemur autore Pli.lib.

38.c.4.non tamen verebimur eo vti. Pl.
in codē loco. Et Symmetria diligentior.
Vitruvius li.3.c.1. AEdium compositio
constat ex symmetria. Idē ibidem'. Vt
proportionibus& symmetrijs separate.
Pl.li.35.c.10. Primus symmetriam pictu
ræ dedit. Et ultra, quē in symmetria mi
rabatur Apelles.

Sistrum, i. Ionaja como de folias, Martia.
lib. 14. hæc quatiat tenera garrula sistra
manu. Est etiam cornu recorum . His.
Corneta.

Solamen, inis. Poëticum est, solarium ora
torium.

Solarium, ii. pro tabulatum rarum verbū
est. His. Solana, o terrado. Est solarium
apud Ciceronem.li.4.ad Heren.& pro
Quintio. Horologium solis.

Solemnizare. pro diem festum agere, non
est Latinum. Cice. in Verrem. Vbi ad
huc usq; tempus Syracusani festos dies
anniversarios agunt. Est nanque diem fe
stū seruare. His. Guardar la fiesta. quod
& celebrare diem dicitur. Cic. in Catili.
Celebratote illos dies cum coniugibus
& liberis vestris.

S

Solubilis.pro solētilis scripsit Laetan. lib.
7.c.3. Mortalis atque solubilis. Sueton. in
Nerone. c. 34. solubilem nauem. di-
xit.

Somnolentia, &. pro sepor non vidi,

Somnolentus.pro somniculosus legi apud
Solinum. c. 23.

Sonatio.non legitur, sed sonitus.

Sonoritas.pro sonorum, non est Latinitate
donatum.

Sparsim.rarum est pro sparre.

Spatha.& vilitatius est gladius. Celsus. lib.

7.ca.12. Spathæ simile dixit. Apud Apu-
leium & V egetium etiam inuenies, ve-
rum non sunt adeo Latini, ideo non val-
de imitandi.

Specialis.pro præcipuus rarum est, legi se-
mel apud Quintil.lib.5.c.10. Si illud ge-
nerale tempus, hoc speciale.

Sperma, atis. Græcum est pro semen.

Spero me amare literas. Hanc loctionem
aliqui formidant, &c. continentur. Cum
Teren.in Eunus.ac. 3.Sc. 3. sic loquatur.
spero me habere. Quintil.in Gladiatore.
Vt animaduertere vos spero.

Spontaneus,&m. rarum est, legi apud Pli.
li.28.

li.28.c.7.aut in virginis ætate spontanea.

& Solinum.li.4.Quem spontaneo dano
abiecit.Frequētius est voluntarius,am.

Squidantia,æ. pro angina Medicorum est

Græcè dicitur σύγγνωμα.

Sternutatio,pro sternutamentum non

legi.

Subalterno,as. pro subiungo non reperi-
tur.

Subiugo,as.pro subigo,gis.

Subsanno,as.& subsannatio,& subsannator
nō legi apud antiquos.Latinos pro deri-
deo, illudo.

Subtus,pro sub,rarum est , utitur eo Mar-
cus Varro.lib.2.c.9, De re rust. & Lu-
cre.lib.6.

Successiue.Hisp.Por orden, despues, non
legitur : deinceps , deinde Latina sunt,
Cic.lib.2.ep.7.Iure præsertim quos vi-
deo deinceps tribunos plœbis per trien-
nium fore.Verg.in Buco . Incipe Da-
meta,tu deinde sequere Menalca.

Succussio, onis. pro terræ motu , inuenies
apud Sene.lib.6.c.21.Batu. Quæst.Alte-
rà succussio est.

Sufficienter.pro fatis commode.

S

Sufflatus, us. pro spiritus, tus. aut sufflatio,
onis, non legi (quod meminerim)

Summo, as. pro subducere summam, aut fa
cere summam, non legi. Ultima duo Ci
ceronianæ sunt. Ut ad Atti. lib. 5. sed sub
ducamus suminam. Idem lib. 1. ep. 9. ad
Lentulum subductis rationibus summā
fecit cogitationum mearum.

Superabundo. pro supero.

Superciliosus, non vidi.

Superfluitas. pro redundantia rarum est.

Superfluus, a, m. pro superuacaneus, redū
dans, non legi, nec eius aduerbiū Su
perflue, nisi apud iuniores qui verbō
rum non sunt inucentores, sed castitatis
custodes.

Superioritas, tis. pro præstantia.

Superiuuo. pro superflum.

Supra. locum significat contiguum, vt Grā
matici loquuntur, quāvis Laurētius Po
giū taxans, li. 1. Dialogi. id neget. Quod
patet apud C. li. de nat. Deo. Homines
sub terra habitātes, qui nunquā exiſſent
supra terrā. Idem in eodē li. Mare quod
supra terram est. Idem li. 1. de Diuina. se
interfectū in plaustrū à caupone effec
toſtum

iectū, & supra sterCUS inieCTū. Idē in eo.
li. Côtē illā diuisam in'comitio supraq;
impositum puteal accepimus. Idē. dra-
co subter supraq; reuoluens sese. Pli. in
procēmio.li.33. Immo vero delicate e-
fet vita, si nihil aliud de ea nisi quod su-
pra terras concupisceret. Idē li.9.c.31.lo
cūstæ & reliqua tenuioris crustæ ponūt
oua supra oua, atque ita incubant. Titus
Li.lib.1.ab vrbe cond. Pr̄edonū ag men-
sefelliit supra mótes Prænestinos ductū.
Qui. li.1. Metamor. supra profundū ex
tātem atq; humeros innato murice. Co-
lu.lib.5.c.10. Cinere m supra terram inij
cito. Reliqua vide in annota. Sylua.

Sustentaculum, li. pro fundamentum, ti.

Susurratio, onis, non est ex Latinaruin vo-
cum grege pro Susurrus, ri.

Susurrator, oris, aliquib⁹ in vsu sine autore
est pro vituperator. Cic.li.1.de Diuinat.
vituperatores inuidos cōfutare, dixit.

Sutura, x. la iūtura de la calauerna o de vn
hueſſo cō otro. ex Celso li.8.c.1. Raro aūt
caluaria ſolidia ſine futuris eſt. Frequens
eſt in eodem capite uſus huius verbi.

D E I N C I P I E N T . à litera. T.

K 3 Tantum

T

Tantum feci quod venires. Barbarum
est pro perfeci ut venires. Cic. ad Ma-
rium li. ii. cp. 27. Perfeci ut ille me dili-
geret. T. tent. in prologo Hecyræ. Per-
fecyi ut spectarentur.

Tempestuosus. pro procellosus rarum est.

Tenaciter. pro pertinaciter rarum est.

Tendicula, x. pro laqueus, ei. Vsus est La-
ctan. lib. 6. c. 2.

Teneor dicere, loqui. i. obligor. legitur a-
pud Latinos. Ci. 3. in Verrè. cù manifesto
teneatur, si recticeat, & abfit. Idē. 4. Verrè
nemo ita in manifesto peccato teneatur.

Tepeditas, tis. pro tepet, oris.

Thermospodium, i. Ciniis calid⁹ aut feruid⁹.
Hh. Rescaldo. Apiti⁹. li. 4. c. 2. & Thermos-
podio, hoc est cineri calido, impones.

Thefaurus. non tantum est, quædam vetus
pecunia depositio, cuius non extat me-
moria, ut iam dominum non habeat. Est
nanq; etiā alicuius rei repositorium in-
de à Cic. lib. 1. de Oratore. Memoria di-
citur omnium rerum thefaurus Pli. lib.
10. c. 72. Condit in thefaurum maxilla-
rū cibū sphingiorū & Satyrorū genus, lo-
culos & cauitates maxillarū vocavit Pli-
nius

nus thesauros, quoniam ibi reponetur cibus, ut mandatur postea, quemadmodum & similes faciunt. Illudq; Math.c.2. apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham, sic intelligendum.i. apertis capis & repositorijs vbi illa munera afferebant Magi Pli.li.17.c. 14. Tradunt & monedulam condentem semina thesauros cauernarum eiusdem rei præbere causas. Thesauros cauernarum dixit locos, vbi condebant monedulæ cibos.

Thesaurizo, as. nō legi nisi apud interpres. Cic.lib. de Senect. obruere thesaurum. Ut titut Cice.4. in Verrem. Facere pecuniam, quibus nam rebus in ea' provincia maximam uno anno pecuniam facere posse. sic significat in Verrem.

Terrefacio, is. pro terrifico, as. non legi.

Terreus, a, m. pro terrenus, a, m. non memini apud probatum legisse.

Territamentum, i. pro terror, oris aut terroricum, li. non est castum.

Tertia vice, p tertio, Grāmaticus mod⁹ loquēdi. Terē. in Eun.ac.3.Sc.3. Nō hercle veniā tertio. Pl. li.2.ep.14. Idē tertio quis diceret, quæ scit. K 4 Tex-

T

Textus.pro exemplari, Barbarum putat
Georgius Merula.

Tinaceolum,li.pro labrum, vas quo laua-
mūr.Sarmaticum verbum est.

Tonatio,onis.sonitus in fulminis iaculatio-
ne.Sene.lib.2.c.12.Natu.quæstio.Tona-
tio sine istu, est crepitus ex nubiū istu,
frequentiora sunt tonitrus,us, aut toni-
truum,ui.

Torpedo,inis.pro torpor,oris.Hisp.Ento-
mecimiento rarum est,apud Pli.lib.32.
c.1.piscis est.

Tortorius,a,m.pro tortius,a,m.non vidi.
vnde Lau qui dixit tortorium instrumē-
tum fixit sibi vocabulum.

Tortura,ę.pro tormentum Iurisconsulto-
rum recentium est,non Latinorum.Ho-
rat.Inuidia Siculi non inuenī: Tyrāni
maius tormentum,

Totaliter.pro omnino,aut pro rōsus barba-
rum est.Hisp.Deltodo.

Totus,a, in.Datiuum toto terminat apud
Solinum,c.3.Cum itaque hæc diffini-
tio toto orbi placuisse.

Tradere obliuioni.Grammaticum est,pro
dare obliuioni,aut obruere obliuione.

Hisp.

Hisp. oluidar. Quo vtitur non satis Latinè Donatus in Teren. Heau. ac. 2. sc. 3
Trahere gratiā. pro inire gratiā. Cornel.
Taci. lib. 3. & Iusti. lib. 2. scripserunt.
Transuersē. pro in transuersum, aut extrās
uerso, aut de transuerso, non est vox à
latinis usurpata.

Triclinarium. iij. id quod tricliniū. ij. Var
ro li. 1. de re rust. c. 13. quo elaborant, vt
spectet sua æstiuatriclinaria ad frigus
oriētis. Pli. li. 19. c. 39. qua purpura quis
non iā (inquit) triclinaria facit.

Triges. pro trities sine autore aliqui male
vtuntur.

Trinus. Lau. li. 3. Eleg. c. 5. nō reperi in plu
rali asseuerat, in quo falli ex his autoris
bus patet. li. ii. ep. 17. ad Atti. Cafu enim
trinas acceperā. Idē in Luciū Pisonē.
Nulla trinis æstiuis gratulatio. Pli. li. 2.
c. 54. Iouē enim trina iaculari. Plura te
stimonia in Anno. Sylua mea inneniet.

Triobolaris. e. pro re nullius pretij nō vi
di apud autorē classicū. Sed Plan. pro
eo vtitur trioboli homo in pœnulo. ac.
sc. 2. Non ego homo trioboli sum.

Tristo. as, nō legi apud autorē latinū, sed

K 5 illirs

T

illius cōpositū cōtristō, apud Verg. Valeriu Flaccū, & apud Cæliū in ep. 6. li. 8. Tuba. e. pro tumulus nō legi apud latinos Tūc tēporis. Hæc phrasis ab aliquibus re iicitur tanquam barbara iniuste, legitūr apud Iusti. li. 1. sed de gente obscura tūc temporis. Idem lib. 3. Parua tunc temporis classe in AĒgyptum missa vires Atheniensibus erat. & libr. 8. qua insignis præter cæteros tunc temporis habebatur. Idem lib. 42. inuenies etiā Sextum Rufum lib. de Historia Romano-rum sic locutum. qui tunc temporis va lidiōres erant. Et Mellalam Coruinum Oratorem li. de Augusti progenie. Ibi tūc temporis Latinus Rex Fauni filius gentibus imp eritabat. Quam locutionē apud Ciceronianis sarcili scriptores nō reperies. Qua tamen libenter D. Hieronymus in Esaie prologo est usus.

Tutamē. inis. pro mūnimentū & defensio. Poëticum est. Verg. lib. 5. Aenei. Decus & tutamen armis. Quo Seneca est usus li. 1. de tranquillitate vita. c. de exercitatione animi. Ita nobis animū ad rerum ciuilium tutamen parantibus.

Tute

Tute & Tuto.dicitur sed frequētius tuto.

Cic.lib.3.ad Herē.vbi de genere demō
stratiuo loquitur , quamq; tutē cauteq;
egerit intelligatur. Idē lib.3. in fine ge-
neris deliberatiui, cūm tutē viuerē, qui
honesto viuat.

DE INCIPIENTIBVS à litera. V.

VAco literis . à recentioribus usurpata
Jocutio, pro studeo.

Vagabundus/a.m.pro vagans.

Valor.oris.pro pretium.i). nō meminile
gisse.

Vanē.pro inaniter,

Vara. x. pro pertica aut fustis, legi apud
Colu.li.5.c.9. Hoc autem facile contin-
git si priūs varā feceris.

Vaticinium.pro vaticinatio.

Vbilibet non inuenio apud autorē ido-
neum vt Antonius vult in aduerbijs
loci,nisi quando sunt duæ partes.

Vegeto.as. pro recreo.inuentum est.

Vehementia.pro acrimonia rarum est.

Vellicatio.onis,p obtrectatione.His.mur
mura

Muraçio latinū est. Sene.li. de vita beata.e.5. sed etiā vellicationes effugerit. Vēdo libertatē pro auro. pro vēdo libertatē auro rusticus sermo est, vnde min' elegāter dicit, nōn bene pro toto liberas venditur auro. Nunquā enim iungemus præpositionē, pro, cū verbis emēdi nec veñdendi.

Veneno.as. Lucretius est usus pro inficerre veneno, aut infundere venenū alicui Hispa. emponçona, o echar pónçona.

Venenosus.pro venenat⁹ castū itē nōputo

Ventositas.tis.pro inflatio. onis.

Venuſto.as.pro honesto.as.non legi.

Verbositas.tis.pro loquacitas, aut garrulitas non legi.

Verifico.as.pro cōincidēcis. fictē opinor

Veniloquus.a.m.pro veridicus.a.m.

Verriculū.li.nō est ita invīsu.apud latinos
vt rete.tis.Hispa. red' con que pescamos

Versabilis.le.Seneca lib.6.ca.16. vtitur in
Natu. quæſti.& tam versabile & vagatione gaudens.

Vetatio.onis.pro eo quod.Hispa. dicitur
el vedamiēto,nō inuenio niſi vetitā. ti.
Cic.li.de,legi.Iusta ac vetita pōpulorū

Vexa

Vexabilis.apud Lactam.inuenies.li.7.c.4.

Vexabilibus membris indueret.

Vexillifer.pro signifer.

Victoriosus.pro victor obsoletum est.

Videtur quod dormitia & similes orationes infoletæ sunt. Verbum videor debet conuenire cū persona cui aliquid videtur, & oratio quæ sequitur per infinitū est conficienda, quāvis sensus sit ex alijs modis, ut videmini dormire, vigilare.

Vigilatio.pro vigilia.

Vinitor.oris.nō est qui vinū tractat. Hisp. vinatero que trata en vino. sed rusticus est vineatū cultor. Hisp. peon que cauas viñas, o cauador de las viñas. Verg. lib.2. Georg. Cū canit extremos effœus vinitor antes. Vnde Colume.li.2. ait, sc parandi sunt oratores à vinitoribus.

Virilitas.atis.legi apud Sene.li.7.c.31. Nutu. quæstio. Alius genitalia excidit, per quæ virilitati fiat iniuria.

Virtuositas.tis. pro virtus, aut honestas, nullus Latinus dixit.

Virtuosus.pro honestus, studiosus non reperi apud probatum autorem.

Vitupe

V

Vituperandus.pro vituperabilis.le:
Viuiifico.as.legit Laftan.lib.4.c.19.ibi vi-
niſi cabit nos poſt bidum.

Vlterius.inuenies apud Oui.lib.2.Meta-
necabit vltterius.& Laftā.lib.1.c.22.Pro
cedamus igitur vltterius.

Vltreneus;a.um.pro voluntarius non le-
gi niſi apud Senecā in Quaſlio. Natu-
libr.fecundo.cap.39.&c.cap.59. & Do-
natum in Teren;cōmentarij.1.2.fcc.1.
in Eunu.

Vnanimiter.pro vna mente,vno ore.

Vna vice.pro ſemel,non dicitur latinē.

Vnguentum.ti,pro medicamenta mti.vt
vulgus cogitat non eſt latinū.**V**nguen-
tū nāq; eſt multorū odorū ad deliciās
& luxuriam miſtura. Hisp. los olores.
vt obuia bonorum autorum monumen-
ta offendunt,& probant.

Vniformis.&c.e. pro vniuſmodi. Cice, de
vniuerſitate. Materia ſemper eſt vniuſ-
modi.

Vnio.is.pro congreſo.as.non memini le-
guſſe apud autorem aliquem.

Vnio.onis.pro concordia aut vnitate nō
legitur apud probatum aliquem autore
quod

que i meminerim.

Vniuersalitas.pro vniuersitas Dialecticis & Philosophis est familiare. Cice. li.2. de natu. Deo. licet enim contrahere vniuersitatem generis humani.

Vniuersaliter.pro vniuerse, generaliter.

Vnus aut duo.pro vonus aut alter rusticus est sermo Pli.lib.2.ep.13. vonus aut alter aut potius vonus.

Voluptuosus.pro voluptarius, iucundus ratum est.

Voracitas.tis.non legi pro ingluvies. Teren.in Eunu.ac.5.sc.4.harum videre in gluviem.

Vrbs.bis.pro ciuitate & ciuium multitudine posuit Verg.lib.2. Aenei. Inuadut urbem sonno vinoq; sepultam. & Iusti.lib.43. Urbemq; sonno ac vino sepultam armati inuaderent. Quintil.in proœmio lib.1. Qui regere consilijs, vribes, fundare legibus, emendare iudicijs possit. Idem. Quintil.lib.8.c.6. Ait per methonymiam dictum.

Vua.x.est botrio vitis. Hisp.razimo, racemos idem est, sed in vite pars vuæ est. His. gajo. Pli.li.14.c.3. quādo non race-

Z

mos, sed vras alias gerunt. Seruius apud Verg. li. 2. Georg. Et turpes avibus pre-
dictis fert vua racemus. Ibi ait. Sanè race-
mus botryonis est pars. Calu. li. 12. c. 39.
vus in præcoquâ benè matutam legere
acina arida aut vitiosa reijcere. Nucleo
acini granum est. Hispa. el grauillo de
la vua.

D E I N C I P I E N T I B V S

à litera. Z.


Zamalothū. i. prò veste vndulata. Hisp.
chamelete. omnino Sarmaticum
verbum est. Pli. lib. 8. c. 4. vndulata ve-
stis primo lautissima fuit.

Zamia. æ. nux pinesa quæ in arbore ipsa se
diuidit. Hisp. pinæ abierte. ex Pli. lib. 16.
c. 26. Quæ se in arbore ipsa diuiscere vo-
lentur zamiz.

FINIS.

SALMANTICAE,

Exaudiens Mathias Mares. Thypographus.



Lehr und Erfahrung
die dann auf die gesuchte
Frage eine direkte Antwort
gibt

